



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad
Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,
Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon
Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1706

Titulus V. De Edictis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62406)

TITULUS V.

De Edictis.

Edicti Visitationis.

F O R M U L A I

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N.

Salubre visitationis munus ad Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini præscriptum, Deo adjuvante, aggredi, atque perficere cupientes, omnibus, & singulis nostræ jurisdictionis fidelibus, cæterisque, quorum interest notum facimus, Nos nostra ordinaria, ac etiam delegata auctoritate visitaturos omnes, & singulas Ecclesias hujus Civitatis, & Diocesis, Cappellas, Oratoria, Altaria, Hospitalia, Collegia, Confraternitates, aliavè loca pia, Monasteria Monialium, & Regularium virorum, quæ vigore Decretorum Apostolicorum Nobis subjiciuntur, Capitulum Cathedralis, & Collegiatarum, & earum personas, necnon omnes Clericos, Confessarios, Priores, Syndicos, & Ministros Montium pietatis, Hospitalium, Confraternitatum, & cæterorum locorum piorum, ac universam Diocesium.

Noverint igitur omnes supradicti, qualiter Nos die . . . mensis . . . anni . . . munus visitationis in Cathedrali Ecclesia incepturi sumus eo animo, eoque consilio, ut quantum in Nobis est Divina benignitate adjuti omni studio ad ea incumbamus, quæ ad animarum salutem, ad Cultus Divini incrementum, ad Ecclesiarum statum, morum reformationem, & Cleri disciplinam, spectare judicaverimus. Quare monemus omnes, & singulos, & quos dictarum Ecclesiarum, Monasteriorum, & piorum locorum cura, vel gubernium, vel administratio, vel Missarum, ac Divinorum Officiorum celebratio, aliorumvè munerum functio pertinet, ut quo die loca prædicta visitabimus, proferant, ac ostendant Nobis administrationis suæ libros, ad implementum Missarum, & aliorum obligationum; Necnon indicent onera locis imposita, statuta, constitutiones, bonorum mobilium, & immobilium Inventarium eorumdem. Capitulum verò Cathedralis, Dignitates, Canonici, Beneficiati, Parochi, Confessarii, Curati, Cappellani, cæterique Presbyteri, & Clerici Beneficia obtinentes, & non obtinentes totius nostræ Diocesis, visitationi in suis respectivè Ecclesiis faciendæ suo tempore intersint, & assistant, ac sui quisque Beneficii, Dignitatis, Præbendæ, & Ordinis, quod in ea Ecclesia obtinet, & Officii, quod exercet, titulum, redditus, onera, & sui muneris implementum ostendat sub pena . . . locis, & usibus piis applicanda.

Siquis autem aliqua afferre voluerit, quæ Dei laudem, Ecclesiarum commodum, & utilitatem, & animarum salutem respiciant, eum hortamur in Domino, ut omnia Nobis sermone, vel scripto patefaciat. Et ut nemo de præmissis igno-

ran-

rantiam allegare valeat, hoc nostrum Edictum ad loca solitam promulgari iussimus. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

Alterius Edicti vernacula
lingua.

FORMULA II.

SUMMARIUM.

- 1 *Visitatio inter Curas Pastorales præcipua.*
Visitatio secundum aliquorum DD. sententiam est de iure Divino, ibid.
- 2 *Episcopus visitat Ecclesias Curatas etiam exemptas.*
Decreta Episcopi, facta in visitatione Ecclesiarum exemptarum, prævalent Decretis superiorum exemptorum, ibid.
- 3 *Ecclesie erectæ in solo Lateranensi visitantur ab Episcopis.*
Referuntur dubia super hoc proposita, & resoluta, ibid.
- 4 *Privilegium exemptionis Ecclesiarum in sola Lateranensi edificatarum, quas Ecclesias comprehendat.*
- 5 *Episcopus visitat Oratoria publica Regularium, quæ sunt extra Claustra, non tamen ea, quæ pertinent ad Religionem Hierosolymitanam.*
- 6 *Oratoria, quæ sunt in Cortili Palatii Laicorum, quando dicantur publica, & num. 7.*
- 7 *Confraternitates Laicorum erectæ, & institutæ in Ecclesiis Regularium subsunt jurisdictioni, & visitationi Ordinarii, in his, quæ ad obligationem Confratrum habent relationem.*
- 8 *Etiamsi Oratorium esset fundatum in solo Religionis Hierosolymitanæ.*
- 9 *Episcopus visitat Collegia quæcumque quamvis mere laicalia, si habeant annexam Ecclesiam, vel aliquod præm opus exerceatur.*

N. Cancellarius Episcopalis.

- 11 *Episcopus visitat Monasteria Monialium, etiam exempta, quoad concernentia Clausuram, non costante, quod antea non fuerint visitata.*
- 12 *Idem procedit quoad Hospitalia, & Montes Pietatis, & plura inquiri, num. 15. 16. & 17.*
- 13 *Privilegium exemptionis à visitatione Ordinarii non suffragatur contra legem fundationis, nisi expressè derogetur.*
- 14 *Papa præsumitur regulare suum arbitrium juxta leges.*
Papa irrationabiliter agendo timet reprehendi, ibid.
Papa præsumitur se conformare velle cum dispositione juris, ibid.
- 15 *Bona decedentium in Hospitalibus deferuntur hæreditibus.*
- 16 *Montes Pietatis, si propriis redditibus possunt succumbere expensis Ministrorum, nihil debent pro pignoribus exigere.*
- 17 *Episcopus visitat Montes Frumentarios ad recognoscendam labem usurariam.*
- 18 *Episcopus visitat Sæculares Ecclesias Nullius, & Ecclesias Parochiales Regulares, exceptis locis à Concil. Trid. præservatis, & nu. 19.*
- 19 *Episcopus in visitatione debet Sacramentum confirmationis ministrare, sed non potest pro eo procuracionem recipere, non obstante consuetudine, & respondetur objectionibus, & nu. 21. 22. & 23.*
- 20 *Episcopus visitando non potest recipere aliud, quam victualia moderata.*
- 21 *Episcopus visitando non potest prætere dere utensilia, vecturas equorum, aut alias expensas.*
- 22 *Episcopus potest incipere visitationem ab Ecclesia sibi bene visa.*
- 23 *Epi-*

- 27 *Episcopus visitat Capitulum, non obstante quacumque exemptione, seu prescriptione.*
- 28 *Episcopus in visitatione potest exquirere testimoniales ordinum, & Bullas collationum Beneficiorum.*
- 29 *Episcopus in visitatione debet inquirere, an Canonici, & Dignitates Cathedralis emiserint omnes professionem fidei.*
- 30 *Canonici Cathedralis, qui professionem fidei non emiserunt, tenentur ad restitutionem fructuum perceptorum. Episcopus non potest relaxare fructus perceptos ab iis, qui non emiserunt professionem fidei, ibid. Capitulum non potest habere pro praesente Canonicum, qui defecit in emissionem professionis fidei, ibid.*
- 31 *Capitulum sine consensu Episcopi statuta non condit.*
- 32 *Capitulum debet habere Tabellam horariam.*
- 33 *Ob aeris intemperiem potest tolerari, quod Hora Canonica non incipiantur ab ortu solis, sed protrahantur.*
- 34 *Capitulum debet retinere librum resolutionum Capitularium.*
- 35 *Capitulum potest variare suas resolutiones.*
- 36 *Capitulum debet convocari certa die, & hora. Episcopus formam praescribit convocationis Capituli, ibid. Canonicorum Vota debent dari collegialiter, non uti à singulis extra Capitulum, ibid.*
- 37 *Episcopus in visitatione recognoscere debet Reliquias.*
- 38 *Reliquiarum custodia debet esse penes Ecclesiasticos.*
- 39 *Laici sunt capaces retinendi clavem Reliquiarum pro custodia, si retinentur ex consuetudine, vel consensu Rectoris.*
- 40 *Laici quando possint praetendere concessionem clavium Reliquiarum, & 41. ad 50.*
49. *Reliquia, quae proveniunt ex donatione Laicorum, & quarum claves, vel altera ab ipsis retinentur, & expensae pro ornatu subministrantur, visitari possunt ab Episcopo quamvis retineantur in Ecclesiis Regularium.*
- 50 *Ecclesiae, & Beneficiati tenentur conscribere inventaria.*
- 51 *Episcopus in visitatione tenetur Verbum Dei praedicare.*
- 52 *Episcopus in visitatione recognoscit erectiones Confraternitatum. Confraternitates, quae non sunt legitime erectae, nec habent statuta, nec exercitia pietatis colunt, sunt extinguenda, ibid. & num. 53.*
- 54 *Episcopus potest bona Confraternitatis extinctae alteri loco pio applicare.*
- 55 *Episcopus in visitatione debet recognoscere Indulgentias, & libros rationum, & num. 56.*
- 57 *In visitatione Episcopus procedit paternaliter. Non potest Edicto precipere, ut revelentur secreta delicta, ibid.*
- 58 *Non inquit in specie super delictis Parochorum, sed de statu Ecclesiae in genere. Finis visitationis est non punitio, sed correctio ibid.*
- 59 *Decreta visitationis sunt per Cancellarium in libro referenda.*

N. per la gratia di Dio, e della Santa Sede Apostolica
Vescovo N.

Siamo per visitare à Dio piacendo le Chiese Curate, e non Curate, gli Oratorii, le Confraternite, i Collegii, i Monasterii, gli Ospedali, i Monti, i luoghi pii, ed ogn'altra cosa, che à Noi tocchi di questa Città, e Diocesi, à fine di provvedere tutto ciò, che al buon stato delle medesime Chiese, luoghi pii, della Cura dell'Anime, e vita de' Chierici bisogna. Esortiamo adunque con ogni affetto tutti i Fedeli

Fedeli della medesima nostra Diocesi, à fare oratione al Signore, accioche si degni darci ajuto opportuno, accioche questa nostra attione riesca con frutto conforme al maggior servizio di S. D. M. Et a tal'effetto ordiniamo, che in ogni Parochia si faccia oratione pubblica avanti il Santissimo Sacramento, che si dovrà tenere da' Parochi nelle loro Chiese esposto il giorno avanti del nostro arrivo, che farà da Noi loro intimato.

Inviatio tutti quelli, che non hanno ricevuto il Santo Sacramento della Confermatione, ò sia Cresima, à prepararsi per riceverlo, conforme agli avvertimenti, & instruzione da Noi data.

E volendo dar principio dalla nostra Cattedrale, comandiamo sotto le pene a nostro arbitrio al Capitolo, Dignità, Canonici, Beneficiati, Cappellani, e Chierici della medesima, che tutti si trovino presenti la mattina delli... che farà la terza Domenica del detto mese, con habiti talari, & Ecclesiastici, convenienti al loro grado, e Dignità, poiche terminata, che farà la Processione, e data la benedizione al Popolo col SS. Sacramento, si aprirà, e si darà da Noi principio alla Sagra Visita.

Habbiano pronte le testimoniali degli ordini ricevuti, le Bolle delle loro Prebende, e Beneficii, la nota del frutto, e degli oblihi a quelli ingionti: Le Dignità, & i Canonici mostreranno d'haver fatta la professione della Fede, gli Statuti, e Constitutioni Capitolari, la Tabella horaria del cominciamento, duratione, e fine degli Uffici Divini, il Libro delle risoluzioni Capitolari, i Libri del Coro, e de' Puntatori, e dell'adempimento delle Messe, la Tabella degli oblihi delle Messe, ed Anniversarij, il Catalogo delle Reliquie, e di tutti i prebendati, stipendiati, e ferventi della Chiesa, Perezione delle Prebende Teologale, e Penitenziale, l'Inventario delle suppelletili sagre, e di tutti i Beni spettanti alla Chiesa, Capitolo, Sagrestia; e Fabrica. I Chierici poi oltre le testimoniali degli ordini, esibiranno l'attestazione del Maestro delle Cerimonie d'haver con habito talare, e tonsura decente esercitate ne' giorni Festivi le loro Funzioni.

Comandiamo a tutt' i Chierici Beneficiati, e non Beneficiati dell'altre Chiese della Città, e Diocesi, che si trovino pronti, quando le visiteremo, colle testimoniali degli ordini, e titoli de' Beneficii, che godono, colla nota del frutto, e degli oblihi: Esibiranno l'Inventario delle suppelletili sagre, il Catalogo delle Reliquie, che sono nelle dette Chiese, e de' Libri, che tengono tanto per uso proprio, quanto delle medesime Chiese: Come anco le attestazioni de' Parochi, e Rettori, d'aver frequentati i Sacramenti della confessione, e communione, & il servizio della Chiesa, alla quale sono ascritti, con habito, e tonsura decente.

Comandiamo alli Parochi, e Curati, che tengano avvisato il Popolo della nostra visita, con esortarlo a trovarsi presente nel giorno del nostro arrivo, in cui amministreremo la parola di Dio: Che tengano pronta la nota da presentarci delle Chiese, Oratorii, Confraternite, e luoghi pii, anche campestri, che sono nelle loro Parochie, e così di tutt' i Chierici, delle Feste, Processioni, e Solennità pubbliche, e particolari, che vi si celebrano fra l'anno: Degli abusi, e corrottele, de' Peccatori pubblici, come Usurarij, Concubinarij, Bestemmiatori, Malefici, e di quelli, che non si sono comunicati la Pasqua; e ci avvisino se ci sia alcuno interdutto scomunicato, ò che viva separato dalla Moglie senza autorità della Chiesa.

Che ciascheduno di essi avvisi in tempo, & apparecchi se ci sono Calici, Corporali, Tabernacoli, Vasi, Campane, Imagini, ò altri paramenti

Eccle-

Ecclesiastici da benedire , e consecrare , ancorche fossero ufati .

Et agli Officiali , Deputati , e Cappellani de' luoghi pii , e di Confraternite , che siano pronti ad esibirci le *fondazioni* , aggregazioni , regole , statuti , *Indulgenze* , Catalogo degli oblihi , siano di Messe , o d' Ospitalità , d' elemosine , o di altre opere pie , i *Libri dell' entrate* , & i conti del loro maneggio , & amministrazione .

A tutti universalmente comandiamo sotto pena à nostro arbitrio , che sapendo alcuno per parole , o fatti sospetto d' eresia , o d' essere fautore d' Eretici , o che ritenga libri , o scritti proibiti senza la dovuta licenza , non manchi di venirlo à denunciare à Noi , ovvero a' nostri Convisitatori .

Siccome comandiamo à tutti , che sapendo Peccatori invecchiati , Malefici , abusi , e corrotte pubbliche , o che alcuni oblihi di Messe , elemosine , o altre opere pie si tengano occulte , e non eseguite , vengano à notificarlo à Noi , o a' Nostri Convisitatori , come sopra .

E finalmente esortiamo , e preghiamo tutti , quanto più efficacemente possiamo nel Signore , che sapendo la rovina , o il pericolo evidente di qualche Anima , o altri mali in disvantaggio del servizio di Dio , ancorche segreti , alli quali Noi possiamo provvedere in forma *estragiudiziale* , e *paternale* , vogliano per officio di Christiana carità farcelo sapere . Dato , &c.

N. Vescovo N.

Luogo ✠ del Sigillo .

N. Cancelliere Episcopale .

ADNOTATIONES.

1 **SIAMO PER VISITARE** . Jus visitandi licet sit delegabile , ut infra dicemus , Vicario Generali , vel aliis idoneis viris : Nihilominus sine justa causa , & impedimento , non debet delegari , quia res est gravis , & inter Curas Pastorales præcipua , *Concil. Trid. sess. 24. cap. 3. de Reform.* maximèque conducit ad bonum Gregis , quod Pastor per se ipsum illum consideret , ut bene admonet Fusch. *de visitat. lib. 1. cap. 3. n. 10.* Barbof. *de Offic. Episc. par. 1. tit. 2. glos. 10. n. 24.* Et etiam quia non pauci DD. tenent , quod visitatio Episcopi sit de jure Divino , hoc probantes auctoritate scripture *Prov. cap. 27. ubi dicitur -- Agnosce vultum Pecoris tui, tuosque Greges considera* , quos refert & sequitur Fagnan. *in cap. Ex parte n. 39. de Cleric. non resid.*

2. **LE CHIESE CURATE** . Etiam exemptas , vel Regularibus subjectas , nam has potest Episcopus visitare , & Decreta facere in iis , quæ concernunt rectam administrationem , & custodiam Sacramentorum ; & quatenus Decreta discrepent ab illis , quæ fecerunt Superiores exempti , seu

Regulares , debent ordinationes Episcopi prævalere , & observari , ut dixit Rot. *coram Seraphin. decis. 1067. n. 3.* Fagnan. *in c. Cum dilectus n. 43. de Relig. Dom. & declaravit Sac. Congr. Concil. in Mediolan. 12. Novembr. 1689. & Congr. Particularis Deputata ab Alex. VIII. in Causa Hispanen. 30. Januarii 1694. in responsione ad 6. & relata in Cong. Generali 18. Augusti 1696.* Et de Ecclesia Parochiali subjecta Capitulo Lateranen. *Sac. Congr. Episc. in Aquilana Terræ Arischie 23. Junii 1690.* Immo & quæ concernunt ornatum Ecclesiæ , *Sac. Congreg. Concilii in Casenaten. 23. Septembris 1690.*

3. **ENON CURATE** . Ecclesiæ etiam non Curatæ , quæ reperiuntur erectæ in solo Lateranensi , possunt ab Episcopo visitari , sive per se ipsum , sive per alium Delegatum , ad formam *Sac. Concil. Trident. sess. 6. cap. 4. & cap. 3. sess. 24. de Reform.* Unde cum ægrè ferret Vicarius Lateranen. Deputatus à Capitulo pro Ecclesiis sitis in Diocesi Mileteni , qui quasi Episcopalem jurisdictionem super illis sibi competere autumabat , immò & usurpabat , Episcopus Mileti habuit recursum ad Sacram Congregationem Con-

Concilii pro declaratione infracriptorum Dubiorum.

I. An Episcopus Miletenfis tamquam Delegatus Apostolicus possit subdelegare suum Vicarium Generalem, vel aliam Dignitatem Ecclesiasticam, sibi bene visam in visitatione Diocesis, & precipue Ecclesiarum, que pretenduntur sitæ in solo Lateranensi.

II. An Vicarius destinatus in dicta Diocesi Mileten. à Reverendissimo Capitulo Basilicæ Lateranen. possit revidere visitationes factas ab Episcopo, sive ejus Delegato Visitatore in dictis Ecclesiis.

III. An prædictus Vicarius Lateranen. in dicta Diocesi Mileten. possit revidere computa, & visitare Libros administrationis reddituum Societatum Laicarum ecclesiarum in iisdem Ecclesiis, & an pro dicta computorum revisione, possit recipere à dictis Societatibus aliquod emolumentum, seu mercedem.

IV. An Vicarius destinatus in dicta Diocesi Mileten. à dicto Reverendissimo Capitulo possit indicare concursus in occasione vacantie Ecclesiarum Parochialium, que pretenduntur sitæ in solo Lateranen.

V. An Episcopus Mileten. in præfatis Ecclesiis intra fines suæ Diocesis possit exercere suam jurisdictionem ordinariam quoad provisionem Parochialium aliorumque concernentium Curam Animarum, & administrationem Sacramentorum.

VI. An in alienationibus rerum earumdem Ecclesiarum solemnitates requisitæ etiam in vim Can. terrulas 12. quæst. 2. adhiberi debeant per Episcopum, vel per dictum Vicarium destinatum à Capitulo dictæ Sacrosanctæ Basilicæ Lateranen.

VII. An in casu, quo prædictus Vicarius destinatus à Capitulo se ingereret in jurisdictionalibus, & causis spectantibus ad Episcopum Mileten. possit ab eodem coerceri, & puniri Canonice censuris, & penis.

Quibus propositis, auditis partibus in plena Congregatione 23. Aprilis 1701. responsum dedit: Ad primum posse visitare per se, vel per alium etiam Ecclesias sitas in solo Lateranensi ad formam Sac. Concilii. Ad secundum; Negative. Ad tertium; Negative ad utrumque. Ad quartum; Negative. Ad quin-

tum; Dilata. Ad sextum spectare ad Episcopum privativè. Ad septimum; Affirmativè.

4. Et hic nota, quod exemptio Ecclesiarum, quæ sunt in solo Lateranen. juxta Privilegium Bonifacii IX. de quo fit mentio in dec. 115. & dec. 313. par. 9. rec. non extenditur ad illas Ecclesias, quæ illi subjiuntur per viam aggregationis, donationis, & ædificantium largitatis cum obligatione solvendi canonem, sed restringitur ad eas tantum, quæ verè fundatæ, & constructæ reperiuntur in solo directi ad eandem Basilicam, ad Text. in cap. 2. de relig. Dom. Felin. in cap. cum venerabilis num. 33. de except. Rot. coram Duran. dec. 14. n. 8. & dec. 92. n. 9. & dec. 383. par. 18. recent. eadem Sac. Congr. Concil. in Rhegien. exemptionis 15. Novembr. 1698.

5. GLIORATORII. Oratoria publica, quæ habent requisita Ecclesiæ visitantur ab Episcopo, etiam si sint de pertinentiis Regularium, dummodo separata sint à Claustris, & campestria, Nicol. in flosc. verb. visit. ampl. 4. vers. posse vero, Fagnan. in cap. cum dilectus num. 43. & 46. de relig. Domib. & bis nuper declaravit Sac. Congr. Concil. in Casenaten. 23. Septembr. 1690. & in Corionen. 20. Aprilis 1697. Non tamen Religionis Hierosolymitanæ, eadem Sac. Congr. in Mantuana 17. Junii 1690.

6. Autem dicatur ad hunc effectum Oratorium publicum, si reperiatur constructum intra Cortile Palatii, Ricc. decis. Cur. Archiep. Neap. 78. par. 5. hæc habet -- Cum fuisset dubitatum si prohibitio Concilii procederet pariter in Oratorio existente in Cortili, fuit dictum, quod non, ex quo non potest dici Oratorium adesse intra domesticos parietes, maxime cum habeat aditum publicum, appellatione enim Domus non venit Cortile.

7. Et cum eadem inspectio incidisset in una Ostunen. in qua Episcopus supposuerat interdicto Oratorium publicum, sive parvam Ecclesiam, sitam intra Cortile Palatii cujusdam Magnatis, existimans, quod esset comprehensum sub prohibitione Concilii, Sac. Congr. Episcop. ad quam Baro recursus habuerat, pro-

proponente Eminentissimo D. Cardinali Ferrario 20. Martii 1698. rescripsit, *Prævia remotione valvarum impediendum ingressum in cortile, vel aperto ostio Oratorii in viam publicam, & clauso omni aditu ab Ecclesia ad Palatium, & interdicto incongruo usu cubilis superioris, Episcopus procedat ad executionem Brevis, remoto interdicto.*

8. LE CONFRATERNITE.

Confraternitates laicorum cum usu sacrorum, non solum in propriis Oratoriis, sed in Regularium Ecclesiis, in quibus reperiuntur erectæ, visitantur ab Episcopo in his, quæ respiciunt administrationem, & adimplementum onerum, vel relationem habent ad Confratres, ut declaravit *Sacr. Congr. Concilii in una Nucarina Paganorum 23. Junii 1629. cum qua per transitum in Urbanien. 23. Septemb. 1690. & tenuit similiter Sac. Congr. Episcop. in Fanen. 10. Aprilis 1693. referente Eminentissimo Card. Caypino. Tenor autem Decreti emanati in Nucarina talis est: Nucarina Paganorum 23. Junii 1629. Sac. Congregatio Ec. inhaerendo declarationibus aliis factis, censuit Confraternitates laicorum in Ecclesiis Regularium exemptorum institutas, subesse jurisdictioni, & visitationi Episcopi, illasque ab eo visitari posse, nec non illarum Cappellas in eisdem Ecclesiis Regularium existentes, in his tamen, quæ Confraternitatum administrationem respiciunt; & si Confraternitatibus incumbit onus manutenendi Altare, & illius cultum, Episcopum posse visitare circa ea, quæ respiciunt ipsam manutentionem, cultum, & ornamenta Altaris, seu Cappellæ, onera Missarum, atque Divinorum Officiorum ibidem celebrandorum, & circa ea omnia, quæ ad obligationem eorumdem Confratrum relationem habent.*

9. Quod ampliatur etiam in casu, quod Confraternitas esset erecta in Ecclesia, seu Oratorio fundato, & extructo in solo, & territorio Religionis Hierosolymitanæ, prout partibus contradicentibus decisum fuit à *Sac. Congregat. Concil. in Novarien. Oratorii 17. Nov. 1696. in qua declaratur, & firmatur, quod Ordinarius potest visitare Oratorium, & Confraternitatem, & cogere Officiales ad reddendam rationem, absque interventu*

alicujus personæ à Religione Hierosolymitana deputandæ, & prohibere Confessariis, ne confessiones Confratrum, & aliorum audiant in Oratorio absque Episcopi facultate.

10. I COLLEGII. Visitat Episcopus Collegia quæcumque quamvis merè laicalia, & à laicis fundata, & administrata, si habeant annexam Ecclesiam, vel aliquod pium opus exerçant, vel instituta sint pro manutentione studentium pauperum, *juxta Concilii Trid. dispositionem in cap. 8. sess. 22. de Reform. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 612. & articulo plenè discussio censuit Sac. Congr. Concil. in Imoleu. 29. Novembr. 1692. & 20. Julii 1693.*

11. I MONASTERII. Monasterium Monasteria quantumvis exempta, vel Regularibus, vel Sedi Apostolicæ subjecta, Episcopus Diocesanus visitat absque interventu Superiorum Regularium, Monialesque alloquitur, & examinat quoad concernentia Clausuram, & eam violantibus pœnas imponit, *Panimol. decis. 84. adnot. 3. n. 42. & 43. Chrispin. de Visitat. part. 2. §. 42. num. 70. ubi Decreta refert, quæ iterum probavit Sac. Congr. Concilii in Hieracen. 26. Januarii 1692. non obstante, quod nunquam fuerint visitatæ, Sac. Congr. Episc. in Saxaren. 24. Novemb. 1617.*

12. GLI OSPIDALI, I MONTI. Hospitalia, Montes Pietatis, & alia loca hujusmodi (quatenus ex lege foundationis non excludantur, aut sub immediata Regum protectione non existant) visitat Episcopus, etiam si illorum cura, gubernium, & visitatio ad laicos pertineat, ut latè probat *Fagnan. in cap. ad hæc à num. 6. usque ad 59. de Relig. Dom. Et non obstante consuetudine, quod in præteritum non fuerint visitata, prout partibus acriter informantibus declaravit Sac. Congr. Concil. in Imolen. 7. Junii 1698.*

13. Neque refragante privilegio exemptionis ex post obtento: quia si in fundatione receperunt legem Visitationis Ordinarii, per exemptionem in forma communi obtentam non tollitur conventio præcedens, quando in privilegio mentio expressa non habeatur, *c. ex multiplici.*

plici de Decim. Pirhing. in jus can. lib. 3. tit. 30. n. 121. & in individuo tenuit Sac. Congr. Episc. in Casenaten. 17. Augusti, & 5. Octobris 1691.

14. Et ratio hujus ampliacionis est, quia Papa præsumitur suum arbitrium regulare juxta leges, ut tradit Cardin. de Luc. de empbit. disc. 21. n. 6. & quamvis habeat supremam potestatem, timet tamen (irrationabiliter agendo) reprehendi, cap. ut nostrum ut Eccles. benefic. sin. dimin. confer. cap. non debet de consanguin. cap. nisi de auctor. & usu palli. Et propterea in rescriptis censetur se conformare velle (nisi aliud exprimat) cum dispositione juris communis, c. novit. de judic. Rot. coram Seraphin. decis. 773. n. 17. & decis. 965. n. 15. Corrad. prax. dispens. lib. 5. cap. 4. n. 31.

15. Inquirit quoque Episcopus in Visitatione Hospitalium, in quibus curantur infirmi, vel hospitantur peregrini, an bona decedentium restituantur hæredibus, vel potius Hospitali applicentur. Nam de jure tam primi, quam secundi, liberam habent de rebus suis testandi facultatem. Si verò intestati deceaserint, nihil ad Hospitalia pervenit, non obstante contraria consuetudine, sive statuto; sed bona ipsorum per manus ejusdem Episcopi loci hæredibus tradi, vel si hæredes non adsunt, in pios usus erogari debere, expressè fancivit Imperator in Auth. omnes peregrini, Cod. commun. de successione.

16. Et in visitatione Montium Pietatis, an adsint statuta licita, & juri communi, ac dispositioni constitutionum Apostolicarum non repugnantia; an inventarium mobilium, immobilium, & jurium: hæc enim si deficerent, providendum omnino esset, cum consilio deputatorum Capituli, & Universitatis, ut Sac. Congr. Episc. respondit Episcopo Juvenacen. 25. Januarii 1697. Et præcipuè animadvertit, an Mons possit propriis introitibus, expensis necessariis succumbere necne? quia si posset, nihil pro pignoribus pauperibus restituendis deberet recipere, juxta dispositionem Constitutionis Leonis X. in Concilio Lateranensi emanatæ, quæ est in Bullario nov. tom. 1. Constit. 11. §. 4. & quam exornat Leotard. de usur. Monacelli Form. Pars I.

quæst. 22. n. 33. 34. & 35. Si verò non in totum, sed in parte Mons par esset impensis; tunc eleemosyna trium forsân in fundatione pro iisdem expensis taxata, ad duo, vel unum pro centenario reduci deberet, ut mandant Decreta Sac. Congr. quæ referuntur à Nicol. lucubr. civil. lib. 3. tit. 15. n. 13. vers. Si Mons, & à Chrisp. de Visitat. part. 2. §. 38. n. 15. Ut administrari, & omnes alii intelligant, quod ubi nihil præter id, quod acceptum est, debitores restituere non tenentur, hoc genus Montis verè pauperum, & egenorum est asylum, & Christianæ pietatis egregium institutum, prout eruditè pieque observat Leotard. loc. cit.

Inquirit ulterius, an Rectores, & Cappellani Hospitalium, & locorum piorum hujusmodi in eorundem Ecclesiis exercent functiones Parochiales, vel extra illas Cadavera fidelium in dictis Hospitalibus defunctorum ad alias Ecclesias, in quibus defuncti sibi elegerunt sepulturam, vel propriam habent sepulcrum, auctoritatè deferant, & associantur, ut possit hæc, quæ ad Parochum privatè pertinent, prohibere, Sac. Congr. Concilii in Bononien. 13. Februar. 1694.

17. Potest quoque visitare Montes Frumentarios, quorum gubernium, cura, & administratio ad laicos pertinet, ad effectum solummodo recognoscendi labem usurariam, ut respondit Sac. Congreg. Concil. in una Montis Falisci juris visitandi 25. Junii 1695.

18. DI QUESTA CITTA', E DIOCESI. Præter Ecclesias, & loca Diocesis, potest Episcopus vicinior visitare jure Delegato plenaria jurisdictione sæculares Ecclesias, quæ reperiuntur in loco Nullius, postquam proprias visitaverit, Nicol. in fosc. verb. visitatio ampl. 13. vers. item è converso, ex facultate tributa à Concilio Tridentin. sess. 24. cap. 9. & Parochiales Ecclesias Regulares, exceptis tamen locis expressis in cap. 11. sess. 25. de regular. nempe Monasterio Cluniacensi, locis in quibus Capita Ordinum Sedem principalem habent, & iis in quibus Prælati inferiores jurisdictionem in Parocho, & Parochianos exercent:

I de-

de quo plenè agit Fagn. in c. nullus num. 10. usque ad fin. de Paroch. & alien. Parochian.

19. Si autem inter loca Diœcesis visitanda esset contentio quis eorum videatur esse major, & quisnam debeat ab Episcopo primo loco visitari, forte ex busulo loca extrahantur, prout respondit Sac. Congreg. Episc. in Teramnen. 9. Augusti 1593.

20. A PREPARARI PER RICEVERLO. Ut subditi minis graventur, conveniens est, quod Episcopus Sacramentum Confirmationis administret tempore Visitationis in loco Diœcesis commodiori: non tamen debet, nec potest pro tali administratione procuracionem exigere, ut censuit Sac. Cong. Episc. in Amalphytana 12. Junii 1693. in qua cum Civitas Majoris conquesta esset per viam recursus, Archiepiscopum ex causa denegatæ procuracionis d. Sacramenti excommunicatos publicè declarasse Syndicos Universitatis, partibus informantibus ad relationem clar. me. Card. Petrucci prodiit resolutio -- Archiepiscopum non potuisse exigere, & censuras non suslineri: obtentaque adversus hanc resolutionem nova audientia, iterum causa proposita 27. Novembris ejusdem anni fuit rescriptum -- in decis. quoad Censuras, & uniantur Decreta. Verùm agnoscens Archiepiscopus malum jus fovere, Causa filuit.

21. Malum jus inquam fovet Episcopus, qui talem exactiorem præterdit, quia communis sententia est Canonistarum, quod quando accedit ad Oppida Diœcesis, sive gratia, & occasione Visitationis, sive ut conferat hoc Sacramentum, non potest à Parochis, neque Parochianis procuracionem pro Sacramento hoc conferendo exigere, sed propriis sumptibus se ipsum alere, Barbof. supra Conc. sess. 24. cap. 3. num. 20. de reform. & de offic. Episc. alleg. 30. n. 10. & alleg. 73. n. 53. & in sum. decis. Apostol. collect. 144. num. 2. & collect. 206. n. 3. Pac. Jord. lucubr. tom. 1. lib. 3. tit. 1. de Sacram. confir. ampl. 5. n. 15. Nicol. in fosc. verb. visitatio n. 10. limit. 12. Ricc. in prax. form. Eccles. part. 4. resol. 156. per tot. Raynald. observ. Crim. ad cap. 32. supplem. 3. num. 23. quam est am-

plexa Sac. Congreg. Concilii contra eundem Archiepiscopum Amalphytanum. 18. Julii 1699. in responsione ad secundum.

22. Neque illos excusat consuetudo, quæ corruptela est: nam aliud est, quod Laici confirmandi, sive Universitates laicorum possint, si spontè velint, Episcopo pauperi pro victualibus aliquam subventionem subministrare, & ipse recipere absque labe simoniæ; aliud est, quod laicis recusantibus, & nolentibus solvere, possit Episcopus eos cogere juris remediis, quod certè de jure omnino vetitum est, ut comprobant Decreta congesta per Pignatell. consult. 47. lib. 1. ac demum Taxa Innocentiana illis verbis -- non potrà esigere emolumento alcuno così in denaro, come in qualunque altra cosa, che riguardi l'amministrazione de Sacramento.

23. Undè non obstat Decretum, quod solet perperam ab Episcopis allegari, in Minerbien. Sacra Congreg. Concilii 1655. in quo dicitur, quod supposita consuetudine, possit exigi procuratio pro victualibus, occasione administrationis Confirmationis: quia responsio hujusmodi, (quam autenticam habeo) emanavit ad solam interrogationem, & suppositionem Episcopi per modum quæstiti, ibi -- Querit Episcopus &c. nemine audito, & articulo non examinato, prout evenit in dicta Amalphytana 18. Julii 1699. in qua causa bis proposita partibus informantibus voce, & scripto responsum fuit non licere.

24. Pro procuracione autem Visitationis, victualia tantum ad formam Concilii à visitatis recipere potest, non obstante contrario asserto solito, & consuetudine exigendi etiam pecunias: quæ victualia debent esse moderata secundum possibilitatem Ecclesiæ visitatæ, non autem indebitè gravandus est Clerus, Barbof. in cap. Romani §. Procuraciones num. 20. de cens. in 6.

25. Nec potest Episcopus Visitator taxare in pecunia id, quod pro victu necessario sibi contingeret, ut docet idem Barbof. in cap. felicitis num. 3. de cens. in 6. neque alia utensilia, vecturas equorum, & expensas præterdere: quia nomine victualium veniunt tantum ea, quæ consistunt

stant in victu, Barbof. in d. cap. Romani, §. Procuraciones n. 19. Ventrigl. prax. p. 2. annot. 24. §. 2. n. 2. Sac. Congreg. Concil. in d. Amalphytana in responsione ad tertium, & Larinen. 12. Aprilis 1698.

26. **DAR PRINCIPIO DALLA NOSTRA CATHEDRALE**. Primo loco videtur visitanda Ecclesia Cathedralis, juxta monitum cap. Romana de cens. sed hoc debet intelligi ex quadam congruentia, non autem ex obligatione, quia Episcopus potest Visitationem incipere ab Ecclesia, quæ sibi magis placuerit, prout ex Decreto Sac. Congr. Rituum, probat Barbof. in Sum. decis. Apost. collect. 300. num. 2.

27. Capitulum verò Cathedralis nulla prorsus exemptione, aut præscriptione etiam immemorabili, potest se defendere, aut eximere, quo minus ab Episcopo visitetur, ut plenissimè articulo discusso, rejecta allegata præscriptione, decisum fuit à Sac. Congr. Concilii in famosa Hispanen. Jurisdictionis 4. Junii 1689. & 4. Maii 1690.

28. **LE TESTIMONIALI DEGLI ORDINI**. Potest Episcopus in sua prima Visitatione testimoniales Ordinum, & Bullas Beneficiorum collatorum exquirere non obstante regula de trienniali possessione, ut respondit Sac. Congr. Episc. Archiepiscopo Aven. 28. Augusti 1593.

29. **LA PROFESSIONE DELLA FEDE**. Dignitates, & Canonici Cathedralis docere debent se in adeptione suarum Præbendarum emisisse professionem fidei ad formam præscriptam à Conc. Trid. sess. 24. cap. 14. Cum enim agatur de re gravi, & illam ultrò emittere teneantur sub pena peccati mortalis juxta magis communem, de qua apud Garz. de benef. part. 3. cap. 3. num. 65. Barbof. de canonic. c. 17. num. 11. & 20. Corrad. prax. benef. lib. 2. cap. 16. n. 36. Ideò Episcopus in sua prima visitatione debet ex officio de hoc inquirere, & recognoscere, Garz. d. c. 3. n. 49. ad hoc ut si fortè aliquis illam non emisit, ad restitutionem fructuum ex Præbenda perceptorum eum monere valeat, & si fortè monitionem contemneret, etiam juris remediis coercere, juxta cap. novit. de Judic.

30. Quicquid enim sit de illorum sententia, qui tenent Decretum Concilii penale esse, ac proinde etiam si penam irroget, ipso jure non obliget in conscientia ante sententiam condemnatoriam: hodiè ista propositio ex paritate rationis videtur damnata ab Alexandro VII. de anno 1665. propos. 20. & verior sententia est, quod Episcopus non possit hos fructus ita malè perceptos relaxare, neque Capitulum potest illum, qui in hoc defecit, pro præsentem habere, ut contrariis respondendo benè probat Ros. de execut. litter. Apostol. part. 1. cap. 13. num. 52. & tribus sequentibus.

31. **GLI STATUTI, E COSTITUZIONI**. Statuta Capituli debent in Visitatione recognosci, ut certior fiat, an sint juridica, valida, & laudabilia, an antiqua, an recentia, an consona antiquis, an dissona, aut mutata, & an demum à Sede Apostolica, vel Ordinariis decessoribus approbata, & confirmata, necnè. Regulariter enim Capitulum sine Episcopi consensu statuta, quæ respiciunt statum Ecclesiæ, non condit, Barbof. de Canon. c. 42. n. 75. in fin. Tondut. qu. benef. tom. 1. c. 68. n. 5. Rota cor. Seraph. decis. 560. n. 4. & dec. 1447. n. 2. Quidquid sit quando Capitulum statueret tantummodo super his, quæ ad ipsum pertinent, juxta aliam decis. Seraph. decis. 707. n. 4. puta penas adjiciendo conventionales inter viventes, & præsentem, Fagnan. in cap. cum omnes n. 43. de Constit.

32. **LA TABELLA ORARIA**. Divina Officia, horæque Canonice in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis debent recitari statis horis: & propterea cura erit Episcopi Visitatoris recognoscere Tabellam horariam, & quatenus non adesset, aut inordinatam inveniat, illam præfinire, seu reformare non negligat ad formam Tabellæ, quam approbavit Sac. Congr. Episc. in Aretina, apud Nicol. in flosc. verb. horæ Canonice num. 1. & per extensum refert Chrisp. de Visit. part. 2. §. 20. n. 11. aut alterius aptæ juxta laudabiles consuetudines, & situationem loci, & Ecclesiæ.

33. Nam ob aeris intemperiem ver. gr. tolerari potest, quod Matutinum non ab

ortu Solis, ut in dicta Tabella præscribitur, sed per horam integram post Solis ortum incipiat, prout pro tolerantia respondit *Sacr. Congreg. Concil. in Trojana* 14. Februar. & 14. Novembr. 1699. favore Capituli Collegiatae Civitatis Foggiae: & ratio evincens est, quia præclusa dispositione Concilii, de jure communi aeris intemperies excusat à residentia, *Glof. in cap. ad supplicationem verb. morari de renunciat. Fagnan. in c. Clericos num. 35. de cler. non resid. & in c. licet n. 46 & 47. de præbend.* Undè multò magis poterit justam excusationem præbere (residentia non ablata) ut hora, & tempus Officii protrahatur, prout eadem *Sac. Congreg. Concilii* propter hanc causam malæ qualitatis aeris de mane indulget Canonis Collegiatae Sanctæ Mariæ in Cosmedin Urbis 11. Decembr. 1694. 26. Martii 1695. & 11. Febr. 1696.

34. **IL LIBRO DELLE RISOLUZIONI CAPITOLARI.** Quia in Capitulis tam Cathedralis, quàm Collegiatarum plura tractantur, & resolvuntur, quæ si non de necessitate, saltem ne probationes pereant, scripturam exigunt congruenter: idè debet retineri liberum benè compactum, cartulatum, & legale, in quo à Secretario Capituli, fideliter, & diligenter sine addito describantur admissim propositiones, & resolutiones Capitulares: quæ an per vota secreta, vel potiùs aperta fieri debeant, jam dixi supra in tit. 1. adnot. ad formul. de electione Vicarii Capitularis.

35. Notandum est autem, quod resolutiones semel in Capitulo captæ, licèt validæ sint, possunt nihilominus mutari, corrigi, & variari, dummodo eadem interveniat solemnitas in corrigendo, quæ intervenit in statuendo, ut respondit *Sac. Cong. Episcop. in Ceneten. ad quintum* 13. Martii 1615.

36. Secundò quia sæpè in convocatione Capituli fiunt fraudes, & ex illius vel propera, festina, vel clandestina coadunatione suboriuntur lites, & dubia super validitate: idè Episcopus inquirat de modo convocandi, ut possit sua providentia defectibus, & malitiis occurrere: & præsertim ordinationem faciat, quod fiat cer-

ta die, & hora in loco Capitulari: ipsi enim incumbit formam præscribere, quatenus inordinatè convocari reperiat, prout pluries declaravit *Sac. Congreg. Concilii* apud Chrispin. de *visit. part. 2. §. 30. n. 1. & seqq.* Et quod vota Capitularium collegialiter dari debeant, itaut non sufficiat consensus illorum extra Capitulum datus uti à singulis, *Rot. coram Cavaler. decis. 193. n. 5. & cor. Burat. dec. 225. n. 3. & 4. Ricc. prax. for. Eccles. part. 2. resol. 281. num. 2.*

37. **IL CATALOGO DELLE RELIQUIE.** Reliquiæ sunt in Visitatione recognoscendæ, quia ut plurimum de illarum identitate non constat, & nulla afferatur probatio: idèdque si incertæ sint, permitti non debet, quod exponantur venerationi fidelium, nisi permixtæ essent cum certis, vel essent valdè antiquæ, *Nicol. lucubr. Can. lib. 3. tit. 45. post num. 4. vers. nec offendi.*

38. Custodia autem Reliquiarum debet esse pænes Ecclesiasticos, quorum sunt partes, Sanctorum pignora fidelibus spectanda, & veneranda exhibere, *Fernand. Anicien. disq. Cleric. lib. 1. c. 9. art. 1. §. 1. nec laici sese in his ingerere possunt, c. 2. de judic. ubi glof. & DD.*

39. Sunt nihilominus Laici capaces juris retinendi unam, vel alteram ex clavibus depositi Reliquiarum pro custodia, quia cum sit actus ministerialis, nulla juris repugnantia intercedit, quin possint hoc jus habere, *Andreol. controver. 381. per tot. Barbof. in Sum. dec. Apostol. collect. 646. n. 9. Card. de Luc. Miscellan. disc. 35. & nuper declaravit Sac. Congr. Episc. in Civitatis Castellanae 6. Aprilis 1696. referente Eminentiss. Card. de Abdua.*

40. At censferem hanc conclusionem veram esse, ubi Laici ex consuetudine, vel alio justo titulo præcedente, puta consensu Rectoris Ecclesiæ reperiuntur in possessione Clavem retinendi: ac etiam in casu, quo Laici vellent Ecclesiæ Reliquiam aliquam insignem donare, aut Cappellam ex integro pro custodiendis Reliquiis construere cum reservatione juris clavem habendi: in his terminis procedunt Auctoritates mox allegatæ. Verùm si Laici in præteritum nunquam cla-

clavem retinissent, sed illam consequi prætenderent, ex quo sint Ecclesiæ Benefactores, vel Patroni, qui in fundatione tale jus sibi, nec non suis reservassent, vel demum quia agatur de Reliquia Sancti Protectoris loci, & pro honorificentia Magistratus Laici clavem peterent; tunc invito Rectore Ecclesiæ non possent hanc prærogativam, seu honorem prætere: quia Ecclesiarum Ministri, ubi non reperitur inducta, non coguntur servitutem in rebus Ecclesiasticis recipere sine mandato Apostolico; ne quæ sunt meræ facultatis, necessitatis fiant.

41. Immo nec volens posset Rector Ecclesiæ consentire; quia ex tali concessione læditur libertas Ecclesiæ, & servitus ei imponitur, qua astringitur, ut non possit Sacras Reliquias ostendere, nec venerationi fidelium exponere, absque Laicorum clavem retinentium assensu, & beneplacito, quod est reprehensione dignum, ut ait citatus Fernand. Ancien. lib. 1. cap. 10. art. 2. §. ultimo.

42. Qui enim habet jus retinendi clavem, habet jus ad aperiendum, Rot. post Postb. decis. 115. n. 8. & decis. 546. n. 4. & qui dat claves, quæ sunt pars rei, dat res ipsas, ut dicit Ricc. prax. For. Ecclesiast. part. 3. resol. 59. num. 1.

43. Dubium hinc oritur (de quo disputatum vidi in una Veltiernen.) an accedente consensu, & licentia Episcopi, sive mandatum, teneatur Rector Ecclesiæ, Laicos ad consortium custodiæ Reliquiarum admittere, & clavem unam illis concedere. Et pro affirmativa stat Card. de Luc. dicto disc. 35. in miscell. præsertim si agatur de Reliquiis retentis in Ecclesia Cathedrali, cujus Episcopus est Rector, & sponsus, ut ipse dicit num. 8. & etiam quia jus retinendi clavem, sive custodiam Reliquiarum non sit concessio spiritualis, sed temporalis, spiritualitati adnexa, in qua sufficiat licentia Episcopi.

44. Sed in contrarium urgent sequentia. Primò, quod constitutio servitutis, sive realis, sive personalis in rebus Ecclesiasticis alienari prohibitis, est species alienationis, quæ imponi non potest absque solemnitatibus requisitis, l. ultima C.

Monacensis Form. Pars I.

de reb. alien. vel non. Ventrigl. prax. p. 1. adnot. 1. §. 2. n. 17. Passer. de stat. hom. to. 1. qu. 185. art. 7. n. 303. Cum igitur Reliquie Ecclesiæ præsertim insignes alienari non possint absque beneplacito Apostolico, Passerin. de stat. hom. tom. 1. qu. 185. art. 7. à n. 416. ad 422. sequitur quod non possit super illis servitus imponi sola auctoritate Episcopi, qui Ecclesiam antea liberam, subjectam reddere nequit, Rot. cor. Duno. Sen. decis. 171. n. 5.

45. Secundò, quod Episcopus non est Dominus, sed Procurator, & ideo Ecclesiæ conditionem meliorem, non autem deteriore facere potest, Text. est in cap. 2. de donat. & nomen Sponsi, quem ei tribuit Card. de Luc. datur metaphoricè, & analogicè, non autem universaliter: Et proinde cum facultas retinendi clavem rerum Ecclesiæ, involvat jurium dismembrationem, ut dixit Rot. coram Merlin. decis. 728. n. 8. & 12. non poterit Episcopus licite concedere.

46. Tertio, quod Episcopus curam, & custodiam rerum Ecclesiarum Laicis demandare non debet, c. Indicatum 89. dist. nec jura Rectoris Ecclesiæ eo invito ad alienos transferre, c. fin. 12. q. 1. ubi glos. c. Sine except. 12. q. 2. Host. aliique Canonistæ in c. de Xenodochiis de Religios. dom.

47. Ex quibus juris principiis regula constitui poterit, quod si Episcopus ex justa, & rationabili causa Laicis clavem Reliquiarum concedat, licite, & valide possit hoc facere, ac Rectorem Ecclesiæ compellere, ut eos in consortium pro custodia admittat: Sicut enim Laico erigenti Beneficium, vel Capellam, potest jus præsentandi Rectorem, vel Sepulchri respectivè, quod est spiritualitati annexum, reservare, ita alicui Benefactori insigni, & de recenti, aut aliàs de Ecclesia, in qua Reliquiæ servantur, valde ex noviter concessis, & elargitis benemerito, jus retinendi clavem pro custodia nomine Ecclesiæ tribuere.

48. Si verò absoluto arbitrio, nulla causa, nec laudabili motivo concurrente, clavem Laico tradi mandaret, tunc nec licite, nec valide, sed spoliativè concederet, & Rector Ecclesiæ, sive Capitulum Cathedralis factò Episcopi justè

I 3 sese

sefe opponere posset, immò & deberet; ut bene hoc probat Abb. in cap. dilecti filii de major. & obed. num. 3. ibi --- Nota hec ultimum, quod etiam Prælato invito potest Capitulum obviare præjudicio ipsius Ecclesie, & per hoc dicit Innoc. quod si ex facto Episcopi aliquod præjudicium potest generari Ecclesie, potest Capitulum contradicere, seu appellare ex hoc quia jura, & Dignitates Ecclesie possidentur per Episcopum, & Capitulum (& nota bene hoc dictum) licet Episcopus sit Caput, & idem probat Zecch. de Republ. Ecclesiast. tit. de Prælat. in gener. cap. 1. num. 8.

49 Reliquiæ autem, quæ ex donatione proveniunt Laicorum, quarum claves, vel unam ipsi retinent, & expensas pro earumdem ornatu subministrant, visitantur ab Ordinario, quamvis retineantur, & custodiantur in Ecclesiis Regularium, Sacr. Congr. Concil. in Firmana 5. Junii 1700.

50 L'INVENTARIO. Omnes Ecclesie, & Beneficiati, & præsertim Capitulum Cathedralis, tenentur conficere, & habere Inventarium rerum omnium, ut sua Constitutione sancivit Sixtus V. quam refert Quarant. in Summ. Bullar. verb. Archivium. Ideoque Episcopus in Visitatione, ubi non adesse reperiatur, præfixo congruo termino, omninò confici mandet, & exemplaria authentica ad Cancellariam Episcopalem transmitti decernat.

51 AMMINISTRAREMO LA PAROLA DI DIO. Tenetur Episcopus in Visitatione prædicare Verbum Dei, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, aut sublimitate sermonis, sed in veritate, & ostensione Spiritus, rudes in lege Domini edocendo, aliàs nisi legitima causa excusetur, ipsum peccare mortaliter, ex Cajetano, & Genuensi firmat Gavant. in manual. Episc. verb. Visitatio n. 36. Sunt enim de hoc Textus aperti in cap. Placuit 10. quæst. 1. & cap. 1. §. Sanè de Cens. in 6. quibus nullibi apparet fuisse derogatum, neque dispensatum, & est etiam doctrina Abbat. in cap. Inter cætera n. 1. de offic. Ordin. quem sequitur Piafec. præx. Episc. part. 2. c. 2. art. 1. n. 4. Quomodo autem se excusent coram Deo tot

Episcopi, qui nihil profus curant de hoc in visitando, ipse Deus scit: sed de hoc plenius dicam in Appendice.

52 LE FONDATIONI. Debet Episcopus in Visitatione recognoscere, an Societates Laicorum, quæ Sacco utuntur, & quæ ubique in Pagis, & locis Diœcesis inveniuntur, fuerint legitime auctoritate Ordinaria Episcopi erectæ: quia non semel accidit, quod tales Sodalitates (ut plurimum hominum rudium, & infimæ conditionis repletæ) absque ulla Superioris Ecclesiastici licentia, & facultate reperiuntur introductæ sine lege, & sine statuto: ad hoc ut ad formam præscriptam à Constitutione Clem. VIII. impressa in Bullar. tom. 3. & in ordine la 115. reducantur. Et quatenus Statuta ab eodem approbata (si ab Antecessore approbata non fuerint) præfixo eisdem termino, conficere, & respectivè observare renuant, aut negligant, illas abolere, & extinguere non dubitet, Franc. de Eccles. Cathedral. cap. 25. num. 51.

53. Cum etenim hujusmodi Laicorum Sodalitates fuerint introductæ in Ecclesia, ut aliquod pietatis institutum amplectantur, ut in Fraternali Charitatis vinculo copulatæ officia Religionis obirent, & piis operibus incumbentes, æmularentur charismata meliora: Quando hæc non adimplent, nec adimplere nolunt, cessat finis permissionis, & non erit amplius Collegium pro fovenda Religione, sed lucri, & quæstus causa congregatum, quod non erit tollerandum, tamquam otio torpentem, & requisita d. Bullæ Clem. VIII. non habentem.

54 Redditus autem, bonaque illarum, quæ ut plurimum inutilibus, & voluptuosis expensis consumpta, vel inscitia Officialium distracta, aut malitia, & dolo usurpata inveniuntur, & destinata non sunt ad certum aliquem pium usum, puta, ut pueri nutriantur, aut infirmi alantur, Episcopus sua ordinaria auctoritate alteri loco pio applicabit, ut per Text. in cap. In Canonibus 16. quæst. 1. . . firmat Frances de Eccles. Cathedral. cap. 25. num. 442. ubi dat concordantes.

95 **L'INDULGENZE**. Indulgentiæ, quæ evulgantur, sæpè contingit, quod non sint veræ, vel expiratæ, revocatæ, vel subreptitiæ, extortæ, aut demum Sodalitatibus non legitimè erectis, neque canonicè aggregatis concessæ reperiantur; Propterea Episcopus debet in Visitatione illas recognoscere, erroresque, & abusus, si quos inveniat apud rudes, depellere: Necnon inquirere an occasione publicationis Indulgentiarum fiant quæritus illiciti; ne quæ sanctè fidelibus dispensanda sunt, prava aliqua corruptela inficiantur, ut monet *Sac. Conc. Trid. in Decreto de Indulgentiis*.

96 **I LIBRI DELL' ENTRATE**. Quod Episcopus non solum in actu Visitationis, sed alio quocumque tempore cogere possit Administratores quoscumque ad exhibendum libros, jam dixi in tit. 1. *Adnot. ad formula 14.*

97 **ESTRAJUDICIALE, E PATERNALE**. Hæc clausula apponitur ad ostendendum, & declarandum, quod Episcopus non jubet, neque præcipit sub Censura, aliavè pœna, ut revelentur secreta delicta, quia hoc facere non potest in Edictis præparatoriis ad Visitationem, prout prohibent Decreta relata à Barbol. in *Sum. decis. Apostol. verb. Visitatio num. 4. & 5.* Sed hortatur in Domino, ut velint Christiana Charitate ducti, pericula animarum ipsi patefacere, ad hoc ut paternaliter possit providere per viam fori pœnitentialis potius, quàm contentiosi, ut monet *Piasec. prax. Episc. p. 2. cap. 3. art. 8. n. 8. tit. de Visit. quorumcumque exempt.*

98 Et hinc est, quod in Visitatione non debet inquiri in specie super delictis Rectoris, sive Parochi, sed tantum de statu generali Ecclesiæ, nulla servata forma iudicii, neque ullo juramento delato examinandis, ad formam *cap. Romana S. Sanè de Cons. in 6.* & prout mandat Decretum *Sac. Cong. Concil. per extensum* relatum à *Piasec. loc. cit. num. 6.* Quia puniendi finis in Visitatione non intenditur, sed corrigendi, & salutare pœnitentias injungendi.

99 Præterea curet Episcopus, quod Secretarius, sive Cancellarius Visitatio-

nis omnia referat in scriptis; quia libri, in quibus adnotantur provisiones, mandata, & Decreta Visitationis, plenè probant, ut firmant *Rot. coram Dunoz. Jun. decis. 61. n. 6. Panimol. dec. 10. num. 12. & alii plena manu congesti à Romaguer. ad Synod. Gerund. lib. 1. tit. 1. cap. 6. n. 6.* Non tamen probant juspatronatus, ut dicit *Januen. prax. cap. 63. num. 18.*

Edictis Indictionis Synodi.

FORMULA III.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopi in tertio Præsulatus anno congruenter deberent Synodum congregare.
- 2 Synodus non est vocanda, nisi prius expleta fuerit Visitatio generalis Diœcesis.
- 3 Synodo interesse debent Presbyteri, & Clerici.
- 4 Superiores Regulares parvorum Conventuum subjectorum Ordinario tenentur interesse Synodo.
- 5 Capitulum Cathedralis debet nominatim ad Synodum invitari.
Episcopus in convocatione Synodi non tenetur consilium Capituli requirere, nec in aliis actibus præparatoriis; ibid.
- 6 Laici ad Synodum possunt invitari, si Episcopo videatur.
- 7 Synodus potest congregari etiam extra Ecclesiam.
- 8 Qui tenentur Synodo interesse, debent personaliter accedere non per substitutos, nisi essent exempti, qui ratione Ecclesiæ Curatæ satisfaciunt mittendo Curatos, seu Cappellanos, per quos Cura exercetur.
- 9 Episcopus debet in publicatione Decretorum Synodi, Capituli consilium exquirere, licet sequi non teneatur, aliàs nulliter agit.
- 10 Quomodo sit requirendus consensus Capituli.
- 11 Requisitio consilii Capituli facta per Edictum sufficit ad sustinendum validitatem Synodi, & n. 12.

- 13 Capitulo recusante, vel protestante contra Synodum Episcopus, protestationibus non obstantibus, procedit ad ulteriora.
- 14 Requisitio consilii Capituli debet fieri Capitulariter.
- 15 Judices, & Examinatores Synodales, debent esse Viri timentes Deum.
- 16 Examinatores Synodales debent nomine, & agnomine proponi, & à Synodo approbari.
- 17 Formula traditur electionis eorumdem, & num. 18.
- 19 Examinatores Synodales electi in prima Synodo, debent iterum in secunda approbari, non per relationem, sed nominatim.
- 20 Examinatores Synodales exercent officium, donec nova Synodus celebretur, & num. 21.
- 22 Episcopus in Synodo debet evitare multitudinem præceptorum per Censurate sententiæ. Et novitates, & n. 23. 24. & 25.
- 26 Decreta Synodi non sunt evulganda materna lingua.
- 27 Ignorantia Constitutionum Synodaliū non potest allegari in loco, ubi jam fuerunt publicatæ.
- Constitutio Synodalis, quando habeat vim monitionis, ibid.

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N.

Synodum Diocesanam, Præfulatus nostri tertio recurrente anno, Deo adjuvante, habituri, ut Sanctorum Patrum instituta, ac Conc. Trid. præcepta neque pereat fructus, quem ex præcedenti generali Diœcesis Visitatione, Divina opitulante misericordia, percepimus, monemus in Domino, ac pœna Sacrorum Canonum, seu aliis ad arbitrium nostrum propositis jubemus in virtute sanctæ obedientiæ, omnes, & singulos, qui in Civitate, & Diœcesi nostra Beneficia etiam simplicia, ac cujusvis generis, vel titulo obtinent, eos item, qui Sacris Ordinibus initiati sunt, omnes etiam, qui minoribus Ordinibus sunt constituti, Regulares, qui Curam exercent Animarum, vel aliàs nostræ jurisdictioni delegatæ vigore Concilii, & Apostolicorum Decretorum subjiciuntur; Capitulum autem nostrum peramanter invitamus, & alia Collegiatarum Ecclesiarum Capitula vocamus, & alios quoscumque, qui de jure, vel consuetudine Synodo hujus Diœcesis interesse debent, die ... mensis ... quæ erit ... in nostram Cathedralē de mane convenire, neque verò pro se alios mittere, nisi qui legitima causa sint impediti, quam Nobis probaverint, ut ope Dei, atque auxilio, communi studio, & consilio à Nobis ea statuantur, quæ ad Animarum salutem, Clerique disciplinam, & Divini Cultus incrementum, totiusque Diœcesis reformationem, & regimen pro temporum ratione pertinent. Volumus autem, ut hæc Synodi indictio affixa valvis Ecclesiæ Cathedralis, necnon Parochialium Diœcesis, omnes afficiat, ac si fuisset singulis intimata. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

Præmonitiones ad Clerum.

1 Accedant omnes cum Vestibus talaribus, decenti Tonsura, Biretis, & Superpelliceis mundis, & Dignitates, Canonici, Archipresbyteri, & Parochi cum eorum Insignibus.

2. Qui

2. Qui in Visitatione non exhibuerunt Bullas suorum Beneficiorum, afferant ad Synodum.

3. Qui sine titulo inserviunt Ecclesiis, sive Curati sint, sive Cappellani, & ii præfertim, qui confessiones audiunt, litteras afferant suæ deputationis, & facultatis.

4. Parochi deferant statum Animarum, & notulam eorum, qui in peccato publico vivunt, & perseverant, prout sunt concubinarij, usurarij, blasphemij, malefici, & qui in Paschate Sacra Communione non refecti sunt.

5. Omnes Beneficiati, & Ecclesiarum Rectores, quatenus adhuc non exhibuerint, deferant copiam authenticam Inventarii omnium bonorum Ecclesiæ, sive Beneficii, ac Sacrarum Suppellectilium.

6. Die Dominica, quæ proximè Synodum præcedit, Parochi, qui Coadjutorem non habent, visitent infirmos, etiam non requisiti, & eos commendent vicinis Sacerdotibus, seu Regularibus, ne durante Synodo eorum mora fiat periculi occasio; ubi verò non sunt alij Sacerdotes, consulant nos quamprimum, ut provideamus.

7. Ad Tabernas, seu Cauponas non divertant, Nobis inconsultis, aut Hospitiorum Præfecto, neque ad Laicorum ædes, nisi propinquorum, sed in Hospitijs à Nobis deputatis cibum sumant, & pernoctent.

8. Parochi moneant populos suos, ut pijs precibus uberem fructum à Deo impetrent, & die Dominica Synodum proximè antecedenti ad hunc effectum ritè confessi communicent; idemque præstabunt Clerici, qui ad Synodum venient in Missa Synodali.

9. Eadem autem die Dominica Synodum præcedente singuli Parochi in suis Ecclesijs Sanctissimum Sacramentum per aliquas horas ad Ostiolum Tabernaculi decenter in Pixide retentum exponant, ut ita publicis precibus ad hanc actionem obeundam adjuvemur.

10. In feriis quintis duplici non impeditis ante Synodum, à die qua has præmonitiones receperint, Missas de Spiritu S. celebrent, vel Collectam dicant, & in festis diebus Litanias SS. ante Missam Parochialem cum populo recitabunt.

11. Vicarii Foranei accedant ad Nos die cum notulis eorum, qui in suo Vicariatu interesse Synodo debent.

Præmonitiones supradictæ, quas uberius ex Actibus Ecclesiæ Mediolanensis deprompsit *Gavant. in manual. Episcop.* non sunt omnibus Synodis, & Diocesis communes, sed juxta latitudinem, exiguitatem, commoditatem, & laudabiles consuetudines locorum ad placitum Episcoporum, ampliantur, rescantur, vel etiam (rarò tamen) omittuntur.

ADNOTATIONES.

1. **T**ERTIO RECURRENTE ANNO. Supponitur in hac clausula, quod Episcopus in primo, & secundo anno sui gubernij, occupatus fuerit in Visitatione generali Diocesis, & in tertio Synodi convocationem facit, quamvis enim *Conc. Trid. sess. 24. cap. 2.* quotannis Synodum Diocesanam celebrari mandet, nihilominus hoc Decretum à paucis servatur, pœnaque à jure *in cap. sicut olim*

de accus. communitata communiter spernitur: Et sicuti Synodorum Provincialium convocatio singulo saltem triennio, ad formam ejusdem Decreti habenda, nimirum hodiè rara est, ut penè ab aula recessisse videatur, ità Diocesanorum frequentia paulatim recedit, cum plures sint Episcopi (non tamen laudandi) qui vel tantum unam, vel nullam Synodum toto tempore Præfulatus convocare, & publicare contenti esse soleant.

2. EX

2 **EX PRÆCEDENTI VISITATIONE**. Visitatio totius Diœcesis antequam Synodus convocetur, videtur necessaria, ut probè remedia malis pravisque consuetudinibus, & corruptelis, quæ in illa sunt, possint applicari ut observant Pac. Jord. *lucubr. tom. 2. lib. 8. tit. 2. n. 9.* Chrispin. *de Visit. part. 3. §. 18. n. 4.*

3 **QUI IN MINORIBUS**. Quando agitur de morum reformatione, prout contingit in Synodo, vel de alia re, quæ Clerum universum tangit, omnes Presbyteri, & Clerici interesse debent, ut declaravit *Sacr. Congr. Concil. in Eugubina 13. Augusti 1650.* penes Chrispin. *de Visit. d. part. 3. §. 18. d. n. 4.*

4 **ET APOSTOLICORUM DECRETORUM**. Abbates Regulares, Priores, Guardiani, aliivè Superiores parvorum Conventuum, qui vigore Decreti Innocent. X. Ut in parvis, subjiciuntur jurisdictioni Ordinarii, tenentur accedere ad Synodum, quando ab Episcopo tamquam Sedis Apostolicæ Delegato vocantur, prout declaravit Alexander VII. suo Decreto emanato 30. Martii 1661. quod refert per extensum Fagnan. *in cap. Quando num. 64. de offic. Ordin.*

5 **CAPITULUM NOSTRUM INVITAMUS**. Capitulum Cathedralis debet perneceffe expressè in specie, & nominatim ad Synodum invitari, juxta dispositionem Text. *in cap. Ultimo de his, quæ fiunt à Prælat. Fagnan. in cap. Grave n. 11. & 15. de probat.* Non tamen illius consilium est requirendum in convocazione, quam Episcopus sicuti cætera præparatoria sua sola auctoritate facere potest, prout declaravit *Sacr. Congr. Concilii in Oriolen. 27. Martii 1631.* apud Barbof. *in Sum. decis. Apostol. collect. 124. n. 22. & in Fulginaten. 26. Februarii 1639.* apud Nicol. *lucubr. Can. lib. 5. tit. 6. de Judæis num. 6. & nuper in Hispalen. Visitacionis 18. Augusti 1695.* & est contra Piafec. *prax. Episc. part. 2. cap. 2. art. 1. n. 4. tit. de modo convocan. Synod.*

6 **QUI DE JURE**. Laici, quamvis sit in facultate Episcopi eos invitare, non tamen possunt de jure præterdere, quod teneatur, ut respondit *Sacr. Con-*

greg. Concilii in Lycten. Synodi 10. Januarii, & 10. Aprilis 1688. in responsione ad primum, & Sac. Congr. Rituum in Urbinaten. 23. Januarii 1700. in responsione ad septimum.

7 **IN NOSTRAM CATHEDRALEM**. Non exigitur de necessitate, quod Synodus celebretur in Ecclesia, quia ex aliqua rationabili, & honesta causa poterit Episcopus illam facere, & congregare, etiam extra Ecclesiam, quia nulla lex id prohibet, Bott. *de Synod. part. 1. qu. 9. n. 56.* Maslobr. *Cod. tract. cap. 2. dub. 9.* Barbof. *de offic. & pot. Episc. alleg. 93. n. 4. vers. Edictum.*

8 **NE QUE PRO SE ALIOS MITTERE**. Impedimento cessante comparere debent in Synodo ipsimet obligati, alioquin maxima pars fructus Synodalis actionis amitteretur, si per substitutos possent hi vices supplere, ut bene observat Pac. Jord. *lucubr. tom. 2. lib. 8. tit. 2. n. 77.* Nisi tamen essent exempti, qui ratione Ecclesiarum subjectarum Episcopo, ad Synodum accedere tenerentur. Quia hi mittendo Cappellanos, vel eos, per quos Curam gerunt earundem Ecclesiarum, satisfacerent, ut censuit *Sacr. Congregat. Conc. in Laudan. prima Decembr. 1691. in responsione ad octavum.*

9 **COMMUNI STUDIO, ET CONSI-LIO**. Episcopus prudens antequam Decreta Synodi promulget, debet prius in privatis congressibus à Viris doctrina, prudentia, & pietate præstantibus, & deinde ex obligatione à Capitulo collegialiter coadunato consilium exquirere: Licet solus potestatem legislativam statuendi habeat, & Consilium Capituli sequi non teneatur, Barb. *supra Concil. 24. c. 2. n. 29.* *Sacr. Congr. Concil. in Hispalen. Synodi 26. Novemb. 1689.* & est propositio, quæ non habet hodie oppositorem.

10 Et quia Capituli consilium de forma requiritur, adeo ut si non adhibeatur Episcopus nulliter agat, ut non semel *Sacr. Cong. Conc. & præsertim in S. Marci Synod. 10. Maii 1666. & in Boven. Synodi 17. Febru. 1680.* & communiter tenent Ciarlin. *contr. c. 61. n. 11.* Rot. *in Barbastren. Jurisdictionis, quam refert per extensum Pignatel. consult. 180. n. 14. tom. 1. ideo-*

Ideoque Episcopus curet, quod in Registro Actorum Synodi de prædicta requisitione appareat, ad evitandos recursus, qui frequenter in Sac. Congregatione audiuntur adversus hunc defectum. Et cum alibi formulam hanc requisitionis consilii Capituli facile non invenias, sequenti modo concipi poterit.

Die . . . Mensis . . . Anno . . .

Convocato coram Illustriss. & Reverendiss. D. N. Episcopo in Mansionibus Palatii Episcopalis hujus Civitatis N. Capitulo Cathedralis, nempe N. & N. N. & N. Dignitatibus, & Canonicis majorem partem Capituli constituentibus, ibique capitulariter congregatis, fuerunt per me infra scriptum de mandato ejusdem D. N. Episcopi intelligibili voce lecta Decreta, & Ordinationes, quæ evulgari, & publicari debent in proxima futura Synodo habenda die . . . super quibus expleta lectura, idem D. N. Episcopus consilium eorumdem DD. Dignitatum, & Canonicorum sic capitulariter congregatorum requisivit, qua per eos requisitione audita, propositum, & determinationem d. D. N. Episcopi de Synodo agenda, & Decreta per me ut supra ipsis præsentibus, & audientibus lecta in ea publicandi, laudaverunt, & approbarunt. In quorum &c. præsentibus N. N. testibus &c. Datum &c.

Ita est N. Cancellarius Episcopalis.

11 Quatenus autem Canonici, & Dignitates nollent, aut negligenter coram Episcopo die ipsis intimata congregari, tunc potest Episcopus per Edictum in loco Capituli, aut ad Valvas Sacristiæ, aut Ecclesiæ Cathedralis illos monere pro convocatione certa die, & hora, in qua ipse interesse intendit pro exquirendo eorum consilio super Synodo habenda die . . . aliàs si renuant congregari, protestetur in eodem Edicto, quod habeantur pro requisitis, & se ad ulteriora in actionibus Synodalibus processurum.

12. Etenim requisitio facta per Edictum (quo Episcopus uti non debet, nisi in subsidium, & in casum contumaciæ Capituli) erit sufficiens ad sustinendam validitatem Synodi, prout censuit *Sacr.*

Congr. Concilii in Ostunen. Synodi 15. Decembris 1696.

13 Si verò Canonici, & Dignitates capitulariter congregati (vel eorum aliqui) requisiti nollent desiderio, & propositioni Episcopi favere, sed potius contradicerent, & protestarentur, aut appellationem, & recursum peterent, ac de facto interponerent. Debent illorum protestationes, & oppositiones recipi, & per Cancellarium, sive Secretarium Synodi sine perturbatione in Actis registrari, & admitti, quia actus, & protestationes hujusmodi Synodum non retardant, & poterit Episcopus illis non obstantibus, liberè eam profèqui, & publicare, cum teneatur tantummodo consilium petere, non tamen sequi, ut communiter tradunt Gavant. *in prax. Dioces. Synod. part. 3. c. 2. n. 1.* Barbof. *de potest. Episc. alleg. 93. sub n. 30. vers. verum.* Antonell. *de tempor. legal. lib. 2. cap. 57. n. 19. Sacr. Congr. Concil. in d. Hispalen. Synod. 26. Novemb. 1689. in responsione ad secundum.*

14 Præterea advertat Episcopus, quod dicta requisitio fiat, ut diximus, Capitulo congregato, non autem Canonicis particulariter, Syndico, aut Procuratori, aliàs inutiliter peteret, ut docent Rota coram Verallo *part. 1. decis. 305. n. 3.* Pac. Jord. *lucubr. tom. 2. lib. 8. tit. 1. de Constit. n. 19.* Gavant. *in prax. Synod. tit. de consic. decr. cap. 6. num. 8.* Card. de Luc. *de jurisd. disc. 56. n. 4. & 6.*

15 PRO TEMPORUM RATIONE PERTINENT. Ad regimen pro temporum ratione pertinet, quod in Synodo eligantur de Clero Viri potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam, juxta consilium Jethri datum Moyfi *Exod. c. 18.* ut sint Judices, aut Examinatores Synodales, ad præscriptum *Concil. sess. 24. cap. 18. de Reform.*

16 Horum autem electio fieri oportet nomine, & cognomine, non verò titulo Officii, seu Dignitatis tantum expresso; & Clero, Synodoque congregato, nominatim, non autem in genere proponendi sunt, ut ab eodem approbentur, aliàs illorum deputatio nulla esset, per ea, quæ tradunt Garz. *de Benefic. part. 9. cap. 2. n. 337. & 339.* Barbof. *de*

de offic. Episc. allegat. 60. post num. 47. & supra Concil. d. sess. 24. de Reformatione cap. 18. n. 84. Pac. Jord. lucubr. tom. 2. lib. 10. tit. 8. n. 152. Nicol. in flosc. verb. Synodus n. 3. Ventrigl. prax. part. 2. adnot. 5. §. 1. num. 34. & 35. Sacr. Congr. Concil. in Syontina Concursus 14. Februar. 1693.

17. Quamobrem ad tollendam occasionem concurrentibus ad Parochiales vacantes dubitandi, & excitandi lites (pro ut non semel accidit) super nullitate examinis concursus peracti coram Examinatoribus malè in Synodo deputatis, curæ erit Episcopo, ut eorum electio canonicè fiat; quam ibidem Congregatis sic faciendam proponet.

18. Cum ex Concil. Trid. sess. 24. cap. 18. pro Ecclesiis Parochialibus vacantibus in Diocesana Synodo ab Episcopo ad minus sex viri, qui sint Magistri, seu Doctores, aut Licentiati in Theologia, vel jure Canonico, ex Clero seculari, vel Regulari proponi debeant, ut ab eodem Synodo probentur. Nos Tridentinum Decretum exequi volentes pro Diocesi nostræ amplitudine delegimus, & vobis proponimus infrascriptos RR. Viros, quorum officium duret, & munus hoc Examinatorum Synodalium gerant, donec altera Synodus habeatur, videlicet.

Rev. D. Paulus Fuschus J. U. D. Prothonotarius Apostolicus, Cathedralis Ecclesiæ Archidiaconus.

Rev. D. Joseph Allegrinus J. V. D. Canonicus Theologus Cathedralis.

Rev. P. Theologiæ Professor, & Magister Dominicus Sanctorius Ordin. Prædicat.

Rev. P. Theologiæ Professor, & Magister Vincentius Jacomettus Prior Convent. S. Lucæ Ordin. Eremit. S. Augustini.

Rev. D. J. U. D. Petrus Vignatus Parochus Ecclesiæ S. N.

Rev. D. J. U. D. Benedictus Antonius Prior Ecclesiæ S. N.

Rev. D. &c.

Quibus nominibus per ipsummet Episcopum, vel Synodi Secretarium intelligibili voce recitatis (si nolit, ut per secreta suffragia approbentur, quod demandare potest, sed per aperta) dicat -- *Placent ne vobis*, & si responsum fuerit --

Placent, adnotari faciat responsum, quia tunc canonica erit electio.

19. Hæc praxis necessariò pro validitate electionis servanda est, quia cum Examinatores non ab Episcopo tantum, sed etiam à Synodo debeant approbari, de hac approbatione debet legitime constare, non solum in prima Examinatorum electione, sed etiam in eorundem confirmatione; nam coelectores, & approbantes non sunt semper eadem personæ, & per consequens tam in prima Synodo, quàm in secunda, & tertia, Examinatores nominati sunt approbandi, & non per relationem ad primam Synodum (pro ut non pauci falluntur) & docet Gavant. prax. Dioces. Synod. part. 1. cap. 3. post num. 4. in addit. cum aliis mox supra laudatis.

20. Quo verò ad illorum durationem, Gavant. in Manual. Episc. tit. de Synod. cap. 31. in adnot. §. 8. quem sequitur Pac. Jord. tom. 2. lib. 8. tit. 2. n. 108. pro cauthela, & ad removendam difficultatem, quæ oritur ex ventre Concilii mandantis in Synodo quotannis eos deputari debere, & ne ex hoc illorum facultas dicatur expirasse transacto anno, si altera Synodus non fiat, docet in electione Examinatorum apponendam esse clausulam. *Et munus gerant, donec altera Synodus habeatur*, per quam officium etiam post annum, & usque ad aliam Synodum perdurabit.

21. Verùm cum de hoc actum fuisset in Sac. Congreg. Concilii in una Imolen. 10. Decembr. 1695. in qua proponebatur Dubium -- *Ad Examinatores Synodales deputati per Episcopum in Synodo anni 1693. donec ex eisdem sex superstites fuerint, & nova Synodus celebretur, exercere possint: Sive potius alii sex deputandi ex indulto Sacræ Congregationis per Superintendentem obtento?* responsum fuit -- *Affirmativè quoad primam partem.* Et sic vides, quod, si in electione Examinatorum cauthela Gavantis non adhibeatur, adhuc ex oraculo Sacræ Congregationis, officium exercere poterunt usque ad novam Synodum.

22. Ad bonum regimen quoque conducit animadversio, quod Episcopus in

Sy-

Synodo à tribus extremis caveat. Primò à multitudine præceptorum, & Decretorum, præsertim, quæ juri communi, & Pontificiis Constitutionibus minùs consonant. Secundò à censuris præcipuè latae Sententiæ. Tertiò à novitatibus.

23. Et quoad primum extremum debet abstinere, quia lex debet esse honesta, justa, necessaria, & utilis, & non de singulis est faciendâ, neque superfluum patitur, sed tantùm necessitate, vel utilitate urgente constituitur, ut habetur *in c. Erit autem dist. 4.* ibique Canonistæ communiter, Fagnan. *in cap. Sicut olim num. 80. de accusat.* & congruit Divini oraculi effatum, *Prov. 22. Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt Patres tui.*

24. Vitandum est secundum, ne ex frequentia Censuræ vilescant, & contemnantur, ut monet Piafec. *prax. Episcop. p. 2. cap. 2. art. 2. post n. 11. vers. Illa autem;* Et ne hujusmodi pœnæ (ut sæpè evenit) potiùs sint in laqueum animarum, quàm in utilitatem, ut advertit Rot. *decis. 757. n. 2. part. 2. recent.* quam refert, & sequitur Tondut. *quest. Benef. tom. 1. part. 1. cap. 11. num. 2.*

25. Abstinendum demùm à novitatibus, quia ut plurimum discordiam inducunt, & ubi magna necessitas non urgeat, semper sunt vitandæ, sic monent Host. & Abb. *in cap. Cum consuetudinis n. 1. de consuetud.* & advertit etiam in theorica, & dignitate eminens Cardin. de Luc. *de præminen. disc. 39. num. 3. & in Miscellan. disc. item 39. num.* Huicque malo

convenit adagium, Aut bibat, aut abeat.

26. Et tandem rationi congruit, quod Decreta Synodi non publicentur materna lingua, quia decori, & gravitati rei minime respondent, sed latina, & stylo Ecclesiastico, congruoque ordine disposita, prout Episcopos commonendo consulunt Pac. Jord. *tom. 2. lib. 8. tit. 2. de Synod. Diœces. num. 83.* & Fagnan. *in cap. Sicut olim num. 93. de accusat.*

27. Et nota, quod ignorantia Constitutionum Synodaliū non est allegabilis quando in loco fuerunt publicatæ, Tusch. *lit. I. conclus. 20. num. 22.* Et quod Constitutio Synodalis, quæ disponit, quod, si Executores piarum dispositionum, vel alii debentes eligere, seu declarare, sint negligentes in exequendo infra annum, executio devolvatur ad Episcopum, habet vim monitionis Tusch. *lit. E. conclus. 251. num. 10. & conclus. 293. num. 19.*

Alia ejusdem Indictionis.

FORMULA IV.

SUMMARIUM.

1 Solus Episcopus statuta condit, aded ut si major pars congregatorum in Synodo Decretis contradiceret non possent publicationem retardare.

N. Episcopus. N.

IN suscepti à Nobis Episcopatus primordiis, Gregem Curæ nostræ Divina dispositione commissum, personaliter visitare, & universam Diœcesim per-lustrare nequaquam distulimus, & quidem omnium, per quæ illa difunditur, loeorum conditionem, Ecclesiasticorum disciplinam, necnon populorum mores dignoscentes ea, quæ reparatione, aut reformatione indigebant, pro viribus restaurare curavimus. Ut igitur, quæ Cultui Divino, Christianæque pietati consona sunt, *validiùs consolidentur*, Diœcesanam Synodum celebrare decrevimus. Universis proindè, ac singulis, qui tam in Civitate, quàm cæteris Diœcesis nostræ locis, quibuscumque Ecclesiasticis, Beneficia etiam sine Cura potiuntur, Presbyteris, ac Clericis tam in sacris, quàm in minoribus Ordinibus constitutis: aliisque omnibus adhuc Regularibus, qui de jure, vel de consuetudine tenentur adesse, in virtute sanctæ obedientiæ, necnon sub pœnis per Sac.

Sac. Canones injunctis, ac aliis arbitrio nostro infligendis præcipimus, & mandamus, ut die . . . proximi mensis . . . quam pro Synodo inchoanda signanter indicimus, Clericali habitu talari induti, ac aliis indumentis, & signis eorum muneribus, & ordinibus respectivè congruentibus instructi, in Ecclesia Cathedrali summo mane conveniant. Ut autem id exactius ad Omnipotentis Dei laudem, & gloriam perfici queat, omnes enixè in Domino obsecramus, ut jejuniis, & orationibus à Patre luminum auxilium Nobis impetrent, & se ipsos Deo acceptabiles Hostias exhibeant. Volumus autem, ut hæc Synodi indictio, &c. (ut supra.)

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

ADNOTATIO.

VALIDIUS CONSOLIDENTUR. Solus Episcopus sine consensu Capituli, & Clericorum condit statuta, etiam de rebus gravibus: Itaut etiam si major pars Clericorum Synodo interessentium contradiceret, adhuc non possent Decreta Synodi retardari, *Sacr. Congregat. Concilii in Hispalen. Synodi 26. Novembris 1689. ad secundum, & quartum.*

N. Cancellarius Episcopalis.

Edicti Confirmationis.

FORMULA V.

SYMMARIVM.

- 1 Omnes in ætate 14. annorum constituti possunt esse Patrini, vel Matrinae in Sacramento Confirmationis, non obstante, quod non superent ætate confirmandos.
- 2 Pueri septennales debent admitti ad suscipiendum Sacramentum Confirmationis, quamquam non sint confessi, & afferuntur rationes à n. 3. ad 7. & 8.
- 9 Confirmandi debent esse instructi in rudimentis fidei.
- 10 Episcopus confirmandus non Subditos, culpam, & pœnam incurrit, & n. 11.

N. per la gratia di Dio, e della Sede Apostolica Vescovo N.

Volendo Noi in occasione della Sacra Visita nel giorno di . . . amministrare solennemente il Sacramento della Confermazione, o sia della Cresima, nella Chiesa N. e bramando che sia con riverenza, ed utilità spirituale ricevuto, habbiamo stimato debito del nostro officio Pastorale di far permettere, e publicare la presente istruzione, la quale vogliamo, che sia da tutti osservata.

1. Nel ricevere la Cresima dovrà ciascuno avere un Padrino, o Madrina, o sia Compare, o Comare, e non più, i quali non dovranno esser minori di 14. anni.
2. Chiunque terrà altri alla Cresima sappia, che non solo contrae con il tenuto cognation spirituale, ma anche con il di lui Padre, e Madre nel modo stesso, che si contrae nel Battesimo, la qual cognation impedisce il Matrimonio da contraersi, & annulla il contratto, quando non vi sia intervenuta la dispensa Apostolica.

3. Tutti

3. Tutti quelli che vorranno esser cresimati si apparecchino con orazioni particolari, e se saranno capaci per confessarsi, siano prima confessati per maggiormente disporfi a ricevere i Doni dello Spirito Santo.

4. Chi è stato cresimato una volta si guardi bene di non farfi cresimare la seconda, perchè questo Sacramento non si può reiterare senza sacrilegio, e se alcuno dubitasse d'essere stato cresimato, non si presenti per ricevere questo Sacramento, se prima non avrà conferito à Noi, ò al nostro Vicario Generale il dubbio, ch' egli tiene, accioche consideratamente si prenda quella risoluzione, che sarà giudicata oportuna.

5. Tutti quelli, che vorranno ricevere questo Sacramento, dovranno esser di età d'anni sette compiti (se a Noi non paresse altrimenti in qualche caso particolare) e porteranno seco una poliza, ò sia schedula col nome, e cognome loro, del Padre, e della Madre, del Compare, e Comare, e della Parochia; La qual poliza dovrà esser sottoscritta dal proprio Paroco, che dovrà in quella attestare essere il cresimando instruito *negli erudimenti della nostra Santa Fede*, e capace di ricevere il Sacramento, ed anche confessato, se farà di quelli, de quali s'è parlato nell'avvertimento terzo, e si darà in mano a chi sarà deputato per riceverla.

6. Per maggior convenienza, ed honestà d'una sì santa attione, e per altre giuste cause non possono gli huomini tenere alla Cresima le donne, nè le donne gli huomini, e niuno tenere più di due persone un' istesso giorno senza espressa nostra licenza.

7. Chi non è cresimato, ò non sà il Pater noster, Ave Maria, Credo, & i dieci comandamenti del Decalogo, non sarà ammesso per Compare, ò Comare.

8. Se alcuno si troverà scomunicato, interdetto, ovvero farà publico peccatore, ò che non sia confessato, e comunicato la Pasqua, non sarà ammesso à questo Sacramento, nè meno per esser Padrino, ò Madrina.

9. I Regolari, & Chierici massime costituiti negli Ordini Sagri non potranno esser Padrini senza nostra espressa licenza.

10. Non si presenti nessuno per ricevere questo Sacramento, *che non sia della nostra Diocesi*, senza licenza del proprio Ordinario.

11. Tutti quelli che saranno stati cresimati si dovranno far scrivere dal Paroco, ò Rettore, ò Deputato della Chiesa, in cui si amministrerà questo Sacramento, nel Libro ch'egli a quest' effetto terrà ivi pronto colla Formula prescritta dal Rituale Romano, per dover poi da quello ogni Paroco estraere, prender nota di quelli, che sono della propria Parochia.

12. Nessuno de' cresimati partirà dalla Chiesa prima, che si dicano le solite Preci, e sia data da Noi la benedizione.

13. Ordiniamo alli Parochi, e Curati, che debbano pubblicare i sopradetti ricordi, & avvertimenti al popolo inter Missarum solemnità almeno 15. giorni prima del giorno della Cresima, ed esplicare gli effetti, che produce nell'anima questo Sacramento, di chi colle debite disposizioni lo riceve sotto le pene à Noi arbitrarie. Dato &c.

N. Vescovo N.
Luogo ✠ del Sigillo.

N. Cancelliere Episcopale.
ADNO-

ADNOTATIONES.

1 **N**ON DOVRANNO ESSER MINORI D'ANNI QUATODICI.

In hac ætate quisque dicitur pubes, & præsumitur habere perfectum usum rationis, & ideo potest esse legitimus Patrinus, & susceptor in Sacramento Confirmationis, etiamsi ætate non excederet confirmandum: Nam hic agitur de regeneratione in Christo, in quo non differt juvenis à sene, & nullibi reperitur ætas præscripta in Patrinis; Et propterea quilibet perfecte doli capax, potest effici Pater spiritualis alterius, ad differentiam adoptionis legalis, quæ cum tendat ad hæreditatis successionem, & quamdam subjectionem adoptati adoptanti, ideo lex civilis exigit, ut adoptans (imitando naturam) adoptatum excedat octodecim annis, ut sit certum posse ipsius Patrem carnalem esse, ad Text. in §. *Minorem instit. de adopt.*

2 Et hinc est, quod non pauci aberrant, qui rem maturè non examinantes, & cognitionem legalem cum spirituali perperam æquiparantes, prohibent fungi officio Patrini, vel Matrinæ eos, qui non sunt natu majores confirmandis, quod tamen nullo jure prohibetur, ut ex D. Thom. optimis rationibus plenè probat Sanch. *de Matrimon. lib. 7. disp. 61. num. 3. & per tot. Corlett. prax. Cærem. tract. 2. part. 2. cap. 3. num. 12.*

3 **E**SE SARANNO CAPACI. Quantumvis pueri septennes dicantur doli capaces, nihilominus ista capacitas, sive rationis usus regulariter, & ut plurimum est valde imperfectus, & pauci sunt, qui in hac ætate evadant dispositi ad validè recipiendum Sacramentum Penitentia; Et ideo Ecclesia illos non punit, si non communicentur in Paschate ante duodecimum annum, cum adhuc pueri sint, c. *Sacrosanctæ verb. perfectus in proem. 6. decretal.*

4 Et licet Text. in cap. *Ut jejuni de consecrat. dist. 5.* mandet, quod confirmandi accedant jejuni, & confessi, hoc tamen præcipitur adultis, & non pueris, ibi -- *Ad confirmationem veniant perfectæ*

ætatis, ubi Glos. eos vocat perfectæ ætatis, qui duodecimum saltem annum habent, & de his hunc Text. intelligi debere firmant Graff. decis. aur. part. 2. lib. 1. cap. 15. num. 12. Barbof. in d. c. Ut jejuni n. 3. & de offic. Episc. alleg. 30. n. 18. Gavant. Manual. Episc. verb. confirmatio n. 10. alique, quos refert, & sequitur Romaguer. ad Synod. Gerund. lib. 3. tit. 19. c. unico n. 7. & 8.

5 Prædictis enim pueris in ætate septem annorum constitutis pro congruenti dispositione ad suscipiendam Confirmationem sufficit fides, & voluntas Christi, & Ecclesiæ: In adultis verò, quia exigitur actualis dispositio, nimirum intentio, fides, & gratia, in qua debet esse recipiens, in his de consilio, non autem de præcepto desideratur Sacramentalis Confessio, ut pluribus relatis probat Pac. Jord. tom. 1. lib. 3. tit. 2. num. 52.

6 Quando igitur pueri septennes, & octennes non sunt capaces pro Confessione facienda, repellendi non sunt ab hoc Sacramento Confirmationis; sed tantum illi, quos Parochus capaces judicaverit, & confiteri noluerunt. Nam nec vim, nec robur à jure recipit opinio illorum, qui tenent, immò & præcipiunt, quod pueri septennes omnes indiscriminatim accedant ad recipiendum Sacramentum Confirmationis sacramentaliter confessi, aliàs non admittantur; prout ita jubent Synodus Farfensis anno 1686. Cæsenatensis anno 1695. Ostiensis, & Bononiensis anno 1699. editæ.

7 Quia, ut præmissum fuit, cum pia Mater Ecclesia pueros minores duodecim annorum non obliget ad præceptum injunctum omnibus fidelibus in cap. *Omnis utriusque sexus de poenit. & remiss.* neque illos publicè excommunicet, neque absolvat ab excommunicatione fortè ex alia causa incurfa, ut docet Sayr. *de Censur. lib. 1. cap. 8. num. 4. & 5.* neque eorum juramenta recipiat, cap. *Pueri 22. quæst. 5.* ea tantum suadente ratione, quod adhuc usum rationis perfectum non habeant, & doli verè capaces effecti adhuc non fuerint; nulla prorsus ratio suadet, quod pro receptione Sacramenti

menti Pœnitentiæ, in qua fordidum animæ, & piaculorum major exigitur cognitio, reputari debeant capaces, & quod Sacramenti hujus necessitatem, & virtutem, necnon modum, quo suscipitur, perspicue intelligant.

8. Igitur inoffenso pede tenendum est, quod adulti, & hi tantum monendi sunt, ut sacramentaliter confiteantur, quos Parochus instructos, & bene capaces judicaverit: Et hanc sententiam sequuntur Synodus Aëfina 1683. Compsana 1686. Beneventana 1687. Albanen. 1689. Typis impressæ, tamquam juri consonam, & sacrilegiis minus expositam, Corset. *prax. Cœremoniar. tract. 2. part. 2. cap. 3. n. 9.*

9. **NEGLI ERUDIMENTI DELLA SANTA FEDE.** Confirmandi calleant quantum fert ætas, & capacitas ineffabile Mysterium Sanctissimæ Trinitatis, Incarnationis, Passionis, & Resurrectionis D.N. Jesu Christi, sciantque post mortem pro justis vitam in Cœlo, & pro peccatoribus mortem in Inferno æternam adesse. Necnon memoriter recitare Pater Noster, Ave Maria, Symbolum Apostolorum, & decem præcepta Decalogi. Si enim hoc Sacramentum à Christo Jesu institutum, nobis datur, ut fortiores contra Diaboli tentationes, & Mundi illecebras evadamus in fide, necesse est, quod hæc radicibus in cordibus nostris per Baptisimum infusa, non solum implicitè, sed explicitè absque ulla erubescencia, per unctionem hanc jam adulta, confiteatur.

10. **CHE NON SIA DELLA NOSTRA DIOCESI.** Quamvis plures DD.

teneant, quod Episcopus confirmans sibi non subditos nullam culpam, neque pœnam incurrat, ex præsumptione, quod placeat alieno Episcopo, inter quos est Gavant. *in Manual. Episcop. verb. confirmatio n. 5.* Barbof. *de Offic. & Potest. Episcop. allegat. 30. n. 14.* Pac. Jord. *to. 1. lib. 3. tit. 2. num. 49.*

11. Tutior tamen est aliorum sententia qua firmatur, quod Episcopus non subditos confirmans, culpam, & pœnam incurrat, si hoc faciat sine licentia proprii Episcopi, quos refert Pac. Jord. *loc. cit.* qui licet primam sententiam putet verioremi, hanc tamen secundam in praxi semper tenuisse fatetur, quam amplectitur quoque Ricc. *prax. For. Eccles. part. 2. resol. 24.* ubi cum Toletto de veriori testatur.

Edicti pro observantia Quadragesimæ.

FORMULA VI.

SUMMARIUM.

- 1 Læcivina sunt prohibenda tempore Quadragesimæ.
- 3 Carnes tempore Quadragesimæ non sunt apponendæ hospitantibus in Cauponis.
- 3 Quæ actiones sint prohibita tempore Quadragesimæ.
- 4 Pœna violantium jejunium est merè Ecclesiastica, & Judici arbitraria.
- 5 Jejunium Quadragesimale institutum fuit ab Apostolis.

N. Vescovo N.

PERche il santo tempo della Quadragesima instituito dagli Apostoli deve spenderfi da' Fedeli in digiuni, opere, & atti di penitenza: in frequentar le Chiese, sentir le prediche, fare elemosine, astenersi da giuochi e da folazzi, e da ogni sorte di peccato, & in prepararsi con esercitii frequenti di pietà, e di Religione a celebrare il giorno di Pasqua, & a ricevere in quello il Sacramento della confessione, e communione degnamente: Perciò avvertiamo, & ordiniamo.

1. Che tutti in questo tempo di Quadragesima cominciando dalla mezza notte precedete al mercordì delle Ceneri, sino alla mezza notte precedente alla Domenica di Resurrettione, dobbiamo digiunare. A tal digiuno è obligato, sotto pena di peccato mortale ogni Cristiano, che ha compito l'età d'anni ventuno: E consistè in non mangiar carne, nè ova, nè latticini, nè bever brodi di carne, nè far

Monacelli Form. Pars I.

K

più

più di un sol pasto il giorno circa il mezzo di, e prender la sera per refettione poca quantità di cibo, secondo che prescrivono i Teologi più classici, ò che sarà suggerito, ed approvato d'alcun dotto, prudente, e timorato Confessore, ò dal proprio Paroco.

2. Che nessuno deve esimersi dal digiuno se non per causa d'infermità, ò di qualche laborioso esercizio, col quale non si possa senza detrimento, e grave discapito della propria corporale salute detto digiuno osservare; & in tal caso si dovrà ciascuno consigliare, e prender licenza dal Medico, ò dal Confessore, ò dal Paroco.

3. Che chi sarà necessitato per causa di qualche indisposizione, ò pericolo della corporale salute di mangiar carne, ova, e latticini, dovrà prima haverne ottenuta la licenza nella Città dal nostro Vicario Generale, che si darà gratis, e ne' luoghi della Diocesi da' Parochi, quale non dovrà concedersi senza la fede giurata del Medico circa la necessità, e causa legittima, la di cui coscienza aggraviamo; Et ove non si troverà Medico, basterà la fede, e licenza sottoscritta del proprio Paroco.

4. Che durante il tempo di Quadragesima non è lecito à nessuno di vender carne di qualsivoglia sorte (e lo stesso s'intende dell'ova, e de' latticini) fuorché nel luogo, e luoghi da destinarsi da Noi, ò dal nostro Vicario Generale, & essa non si dovrà tenere in mostra, ma dentro il Macello coperta con tende, nè vendere se non à coloro, che per se stesso, ò per mezzo della persona di chi la comprerà mostreranno la detta licenza.

5. Che gli Osti, Locandieri, & altri che ricevono indifferentemente Passaggieri, e Pellegrini, & i Bettolieri, che vendono il vino, non ardiscano sotto qualsivoglia pretesto, *dare da mangiar carne*, ò altri cibi proibiti alli loro Ospiti, ò permettere, che quelli mangino nelle loro Osterie, Alberghi, Locande, ò Bettole i cibi sudetti senza la dovuta licenza in scritto.

6. Che è proibita in questo santo tempo la celebratione delle Nozze, di ballare, tener danze, festini, veglie, e bagordi, di rappresentar Comedie, ò altri spettacoli pubblici, nè privati; Et à Saltimbanchi, e Ciarlatani, di far circoli, è buffonerie per le Piazze, ò di salire in Banco, anche con pretesto di vendere i loro segreti.

7. Che i Mercanti, e gli Artisti in tempo, che si predicherà nella Cathedrala anche nelli giorni di lavoro, devono tener serrate le loro Botteghe, dovendo essi offerire à Dio, & alla salute delle loro Anime quel poco di scommodo.

8. Che quelli che contraverranno alle sopra accennate proibizioni, come parimente coloro, che comprassero i cibi, e vittuali vietati senza licenza, saranno obligati, e condannati *alla pena* per ciascuna volta di uno scudo d'oro d'applicarsi à luoghi, & usi pii, ed anco maggiore, secondo richiederanno le circostanze della trasgressione: E molto più rigorosamente, & ad arbitrio si procederà anche per inquisitione contro gli Osti, Locandieri, Albergatori, e Bettolieri, i quali senza licenza in scritto darranno da mangiare, e permetteranno, che si mangino nelli loro Alberghi, e Bettole i cibi di sopra vietati.

9. Che à chi profanerà il santo tempo Quadragesimale colla fordidezza delle lascivie, viene intimata da Noi l'ira Divina; e se sarà trovato nel corso della Settimana Santa, e per tutta l'Ottava di Pasqua in conversatione di Meretrici, ò

d'al-

d'altre Donne sospette, e di mal nome, dovrà così egli come le stesse Donne soggiacere alla pena di scudi dieci d'accrescersi secondo le circostanze del fatto.

10. Che nessuno sia pigro ad assistere alli Divini Officii, in frequentare le Prediche, udire la Santa Messa ogni giorno, intervenire alle Processioni, & altre opere di pietà, essendo questo il tempo accettabile.

11. Che tutti gli Adulti sono obligati a prepararsi per fare una buona, e valida confessione de' proprii peccati, e per ricevere alla Pasqua la Comunione; il che non facendo tal'uno soggiacerà alla pena dell'interdetto dall'ingresso della Chiesa, e della privatione della Sepultura Ecclesiastica in caso di morte, se persisterà per tutta l'Ottava di Pasqua contumace. Vogliamo, che il presente Editto, amesso ne' luoghi soliti, astringa ciascheduno, come se loro fosse stato personalmente intimato. Dato, &c.

N. Vescovo N.

Luogo ✠ del Sigillo.

N. Cancelliero Episcopale.

ADNOTATIONES.

1. **N**E' LATTICINII. Lactinia erunt excipienda, sicuti & alia specie edulii prohibita, in illis Regionibus, in quibus jam usus invaluit, & consuetudo inveterata jam permittit, quod vescantur: Cæterum hæc ab Ecclesia universim prohibita sunt, ut habetur ex *Concil. Constantinop. III. Can. 56. ibi--Acceptus in Armeniorum Regione, & in aliis locis in Sabbatis, & Dominicis Sanctæ Quadragesimæ quosdam ova, & caseum comedere. Visum est ergo, ut omnis Dei Ecclesia, quæ est in universo terrarum Orbe, unum ordinem sequens, jejunium perficiat, & abstineat, sicut ab omni mactabili, sic & ab ovis, & caseo, quæ quidem sunt fructus, & fetus eorum, à quibus abstinemus. Si autem hoc non servaverint, si sint Clerici deponantur; si Laici segregentur, prout refert Bail. in Summ. Concil. ad annum 681.*

2. **DARE DAMANGIAR CARNE.** Carnes non sunt apponendæ in Cauponis hospitantibus sub quovis prætextu, & si obtineatur licentia, fiat occulte, & in aliquo cubiculo januis clausis, ne videntes scandalum sumant, ut monet *Apostolus 1. ad Corinth. cap. 8. his verbis--Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.*

3. **ACCENNATE PROIBITIO-**

NI. Tempore Quadragesimali omnia, quæ supra in Edicto vetita esse denunciantur, illicita sunt, & moribus fidelium arcedenda pro posse, prout monent acta *Ecclesiæ Mediol. Concil. Provinc. 5. summam repetita apud Gavant. in Manual. Episc. verb. Quadragesima.*

4. **ALLA PENA.** Pœna violentium jejunium est merè Ecclesiastica; quia cum jejunium Quadragesimale ratione jejunii dicatur esse de præcepto Divino, ex *Can. 19. Concil. Gangren. & Can. 69. Concilii Aquisgran. quos refert Laur. Epitom. Canon. vers. Jejunium, & tradit Fagnan. in cap. Explicari n. 31. de observ. jejun. sequitur quod hoc crimen sit Fori Ecclesiastici privativè, Amen. de delict. & pœn. tit. 9. Miscell. §. Jejuniorum violatio num. 13. ubi firmat penam Transgressoribus anathematis jure antiquo præscriptam, hodiè jure novo Concilii Trid. esse Judici Ecclesiastico arbitrariam.*

5. Monendi sunt autem fideles per Ecclesiarum Rectores, hoc Quadragesimale jejunium ab Apostolis fuisse institutum, ut Christum, qui est Caput nostrum, quadragesima diebus jejunantem, corpus affligendo, imitemur. Secundò, ut pro negligentis toto anno commissis, quasi communem, & publicam pœnitentiam agamus. Tertiò, ut ad Sacram Communionem, ab omnibus in Pascha sumendam, dignè præparemur.

X 2 Edi-

Edicti proobservantia Festorum.

FORMULA VII.

SUMMARIUM.

- R**eferuntur omnia privilegia diei Dominicae.
- 1 Quae dicantur opera servilia in die Festo prohibita.
 - 2 Refectio viarum publicarum an sit opus servile prohibitum in diebus Festis.
Licentia Superioris Ecclesiastici pro refectioe viarum publicarum diebus Festis semper est requirenda, ibid.
 - 3 Nundinae, quae fiunt semel in anno, si incidunt die Festo tolerantur; mercatus vero, qui fiunt per hebdomadas transferuntur.
 - 4 Poena transgressionis Festorum debet esse moderata, & num. 5.
 - 6 Molitores, & Pistores, celebratis Missis, possunt exercere eorum artes, etiam die Festo, praesertim in magnis Civitatibus.
 - 7 Licentia laborandi diebus Festis semper est petenda, quia ad Superiorem spectat judicare, an adsit causa dispensandi.
 - 8 Licentia laborandi diebus Festis debet dari in scriptis, & de ratione.
 - 9 Licentia laborandi diebus, Festis debet dari gratis.
 - 10 Pro licentia laborandi diebus Festis potest per modum hortationis recipi aliqua elemosyna, ad sublevandam egestatem alicujus loci pii.
 - 11 Licentiae laborandi diebus Festivis a solo Episcopo, & non a Judicibus Laicis conceduntur.
 - 12 Judex Laicus non potest punire quos operibus servilibus vacare inveniat diebus Festis cum licentia Episcopi. Episcopus potest mulctare eos, qui licentiam violandi dies Festo Judicis Laici exhibuerint, ibid.

- 13 Regulares non observantes dies Festos possunt ab Episcopo puniri.
- 14 Licentia laborandi diebus Festivis debet denegari in aliquibus solemnioribus.
- 15 Episcopus non potest prohibere, quin Judex Laicus non procedat in die Festo in causis Criminalibus.
- 16 Episcopus potest, & omniconatu debet prohibere in diebus Festivis choreas, & tripudia, & n. 17.
- 18 Necnon spectacula publica, praesertim Clericis.
- 19 Larvas, etiam Meretricibus, non obstante licentia Gubernatoris Laici, & num. 20.
- 21 Strepitationes propè Ecclesias.
- 22 Jus indicendi Processiones est privativum Episcopi.
- 23 Processionibus pro causa, bono, vel honore publico in districtis, tenentur accedere Clerici saeculares, & Regulares.
- 24 Quae sint causae, quae referuntur ad causam, bonum, & honorem publicum.
- 25 Processiones in districtis pro causa, & bono publico non sunt renovandae, & perpetuandae sine nova causa ad effectum obligandi Regulares.
- 26 Regulares in eorum processionibus non possunt egredi claustra sine licentia Episcopi.
- 27 Vbi verò adest consuetudo praescripta debent Regulares licentiam petere, sed Episcopus non debet illam denegare.
- 28 Regulares in Processionibus inter se procedere debent juxta dispositionem Constitut. Greg. XIII. nisi adsit in loco consuetudo, quod inter se procedant ratione originis, & institutionis Religionis.
- 29 Regulares tenentur accedere ad publicas processiones, quamvis in Conventu adsint pauci Religiosi.
- 30 Regulares, & Confraternitates Laicorum, ubi viget consuetudo quod Processionibus intervant, non obstante distantia unius milliaris, servanda est, & intervenire tenentur.
- 31 Regulares, qui habent privilegium Processionem ducendi extra claustra, debent accedere per viam semel electam.

- 32 Regularibus ratione paramentorum in delatione Reliquiarum debetur præcedentia in Processionibus supra Clerum Sæcularem, non tamen cæteris non paratis.
- 33 Regularès in suis Processionibus non possunt ducere puellas habitu scilicet Angelorum, neque Bizzocheras. Regularès non possunt eorum Processiones inferre in Monialium Ecclesias quamvis eorum regimini subjectarum, ibid.
- 34 Regularès ad Processiones Funerum invitati debent accedere ad Ecclesiam Parochialem, quamvis defunctus sit sepeliendus in eorum Ecclesia, & non obstante contraria consuetudine vel ad Ecclesiam, in qua Cadaver esset depositum, num. 35. & 36.
- 37 Regularès ad Processionem Funeris invitati, si intervenit Capitulum Cathedralis, ad Ecclesiam Cathedrali convenire, & deinde sub illius Cruce incedere debent, n. 37. & 38.
- 39 Capitulum Cathedralis in Processione Funeris potest ingredi Ecclesiam Regularium, sed in absolutione Funeris non erigit in ea Crucem, & num. 40.
- 41 Regularès accedentes ad publicas Processiones, debent Ecclesiam ingredi, tam in accessu, quam in reditu, ibique assistere usque ad finem.

N. Vescovo N.

BEnche dalla Divina Legge, tanto nel vecchio, quanto nel nuovo Testamento, da' Sacri Canoni, dal Concilio di Trento, e dalla Bolla del B. Pio V. che comincia -- *cum primum Apostolatus*; venga efficacemente incaricata a' Fedeli l'osservanza de' giorni Festivi: Nondimeno, perche i Trasgressori tuttavia abusandosi pur troppo della Divina bontà, con atti d'abominevole sconoscenza non cessano di violargli con opere servili, e di provocare sopra di loro, e del popolo i gastighi della mano onnipotente di Dio; perciò ordiniamo, e comandiamo.

1. Che ne' giorni Festivi di precetto nessuno ardisca d'occuparsi in opere manuali, e servili, ò mecaniche, ò di lavoro di qualsivoglia sorte, tanto dentro, quanto fuori della Città, & ogni altro luogo della Diocesi, nè di vendere, comprare, e contrattare, se non le cose comestibili necessarie per vivere la giornata, e per bisogno degl'Infermi.

2. Che non si facciano mercati, non si conducano Carri, o altri Animali carichi con fomme, eccettuando i Mulattieri, o altri che conducono merci da un luogo all'altro, e continuano il viaggio intrapreso in giorno di lavoro, i quali udita ch'havrano la Messa otterranno la licenza di poter continuare il viaggio. Gli Ortolani, & altri che portano erbaggi, e frutti per uso pubblico non siano molestati.

3. Che le Botteghe si tengano ferrate, e solo gli Speciali, Pizzicaroli, Macellari, Fornari, e Venditori di cose comestibili necessarie al vitto quotidiano, e non d'altra robba, potranno tenere lo Sportello aperto, o la Tenda avanti rispettivamente, senz'alcuna cosa in mostra, sotto pena a chi contravverrà d'uno scudo per volta, & altre a nostro arbitrio, d'applicarsi la terza parte all'Essecutore, & il rimanente a' luoghi, & usi pii; Nella qual pena vogliamo, che incorrano non solamente i Trasgressori, ma etiamdio quelli, che daranno causa di contravenire, come i Padroni per i Garzoni, Lavoratori, e Servitori, & i Padri per i figli.

4. Che i Molinari, tanto di grano, quanto d'olive, non possano macinare, nè portar farine, nè oglio, se non dopo finite le Messe. Alli Fornari si proibisce il bu-

rattare, setacciar farina, e di cuocer pane senza espressa licenza del nostro Vicario Generale in Città, e de' Foranei ne' luoghi della Diocesi. A Maniscalchi sia lecito in caso di necessità, e per comodo de' Viandanti di metter ferri agli Animalì.

5. Che ne' tempi del mietere, di falciar fieni, della vendemmia, e raccolta de' frutti, ò d'altre cose simili, che possono patir danno notabile, differendosene il raccolto, si domandi, e s'ottenga da Noi, ò dal nostro Vicario Generale, e rispettivamente da' Foranei ne' proprii Distretti *la dovuta licenza in scritto*, la quale *si darà gratis* ne' casi di necessità, e con conditione che gli Operarii ascoltino prima la Santa Messa.

6. Che niuna delle permissioni sopradette s'intende data per i giorni del Santissimo Natale, e della Pasqua di Resurrettione di N. S. Giesù Christo, ne' quali proibiamo affatto l'aprire qualsivoglia Bottega, il vendere, e comprare, ò di fare qualsivoglia altr'opera servile, se non in caso d'evidentissima necessità, e con nostra licenza.

7. Che nelli predetti giorni di Festa non si facciano Contratti, Instrumenti giurati, nè s'interpongano Decreti, nè si facciano atti Civili in giudicio, qual hora non porti danno, ò pericolo grave la dilatione: E molto meno nessuno presuma di fare eseguire mandati reali, ò personali *in cause Civili*, sotto pena della nullità dell'esecutione, ed altre à nostro arbitrio, e proibiamo sotto pena di scudi tre nelle Piazze, e luoghi pubblici (ne' quali spesso nascono scandali, e si depravano i costumi) non solamente i giuochi di fortuna, come di carte, e dadi, ma i balli, le cantilene, le scene, e gli spettacoli d'Istrioni, Montimbanchi, e le buffonerie de' Ciarlatani.

8. Proibiamo in detti giorni Festivi *le Maschere*, e nel tempo delle Messe, Dottrina Christiana, & altri Divini Officii i giuochi, gli strepiti, & i bagordi vicino alle Chiese, turbandosi con ciò le Sacre Funzioni, il Culto Divino, e divertendosi il Popolo, & i Fedeli dagli esercitii di pietà, e dalla Christiana divotione, alla quale deve in detti giorni attendersi, sotto le pene a nostro arbitrio.

9. Non si facciano Processioni publiche, nè private dal Clero Secolare, nè Regolare, nè dalle Confraternite per qualsivoglia occasione, eccettuate le solite, che non si dovranno trasferire senza nostra licenza, ò del nostro Vicario Generale sotto le pene a nostro arbitrio.

10. Esortiamo tutti à riflettere, che la violatione de' giorni Festivi è un grave peccato, & ingiuria che si fa a S. D. M. la quale havendo conceduta à Noi la grande investitura del tempo tutto, non si voglia rendere a Dio una picciola parte, ch'egli medesimo si è riservato.

11. Accioche il presente Editto non sia ignorato, i Parochi tutti della Città, e Diocesi dovranno publicarlo almeno due volte l'anno al Popolo *intra Missarum solemnias*, e frequentemente ne' sermoni Parochiali ricordarne l'osservanza: Et i Vicarii Foranei procedano contro li Trasgressori alle pene tassate, per non dover essi incorrere nelle pene da imporfi da Noi alla loro negligenza. Et il presente affisso che farà &c. Dato &c.

N. Vescovo N.

Luogo ✠ del Sigillo.

N. Cancelliere Episcopale.
ADNO.

ADNOTATIONES.

Dies Dominica, in qua visa est prima lex, filii Israel transgressi sunt Mare rubrum siccis pedibus: Manna in Eremo pluit: Christus nasci dignatus est: Stella Magis refluxit: Baptismum in Jordane Salvator suscepit: Vinum de aqua factum est in Cana Galileæ: Quinque panibus, & duobus piscibus quinque millia hominum Christus saturavit: A morte resurrexit: In Domo clausas, ubi erant Discipuli congregati propter metum Judæorum, intravit: Spiritus Sanctus corda Apostolorum igne succendit: Et in qua ipse Dominus D. Jesum Christum ad Judicium venturum: Quia dies Domini est, curandum summopere erit, ut operibus piis (servilibus ablatis) sanctificetur.

1 IN OPERE MANUALI, E SERVILI. Hoc est Ruri Videam colendo, Campos arando, seminando, metendo, fenum secando, sepem ponendo, sylvam stirpando, arbores cadendo, in petris laborando, Domo struendo, in Horto laborando, segetes trituro, jumenta onusta ducendo, linum carpando. In Civitate, vel Oppido merces, & venalia exponendo, fabrilis tractando. Feminae opera textilia, vel acupictile faciendo, lanam, vel linum expurgando, publice pannos lavando, & alia similia opera corporalia exercendo.

2 Refectio viarum publicatum licet sit opus servile: nihilominus cum respiciat utilitatem publicam, si operarii gratis, & absque ulla mercede in eis laborarent, & quia pauperes sunt nequirent absque magno incommodo, & jactura diebus ferialibus huic operi intervenire, saltem post Vesperas, posset ab Episcopo indulgeri, ut oppidani diebus festis refectioni viarum quatenus necessitas urgeret, incumbant, ut respondit Sac. Congreg. Episcoporum in Tiburtina 19. Junii 1693. in qua cum Universitas Terræ Poli peteret sibi licentiam concedi, ut posset diebus festis post Vesperas vias publicas, enormiter lætas, aptare, & reficere, ex quo non valerent incolæ ob eorum paupertatem diebus ferialibus operi hujusmodi vacare, rescri-

ptum fuit -- *Ad mentem, & mens fuit, quod Episcopus pro sua prudentia, & pietate toleraret. Et quamquam Jul. Capon. Doctor Neapolitanus in discept. forens. cap. 110. nu. 23. teneat hoc opus refectionis viarum fieri posse absque licentia: adhuc tu in praxi semper licentiam obtinere non prætermittas, quia agitur de præcepto Divino, cui dispensandum non est, nisi causa cognita per legitimum Superiorem.*

3 NON SI FACCIANO MERCATI. Nundinæ, quæ incidunt semel in anno in aliquo die festo determinato, per quamdam convenientiam debent tolerari præsertim post Missam majorem, prout referendo Decreta Sac. Congregationis notat Nicol. lucubr. canon. lib. 2. tit. 9. de feriis num. 4. Mercatus autem, qui qualibet hebdomada fieri solent, transferuntur in præcedentem diem, Gavant in verb. festus num. 20. Nicol. in fosc. eodem verbo nu. 3.

4 SOTTO PENA. Pena pro transgressione festorum debet esse moderata, & ideo nunquam debent bona confiscari, neque animalia vendi, non obstante dispositione Bullæ Pii Quinti, super observatione festorum emanatæ: quia hæc Bulla in hac parte non fuit usû recepta, ut pluries declaravit Sac. Congreg. Episcoporum quæ non semel animalia, vendita juxta rigorem dictæ Bullæ, jussit redimi, & domino reddi, retenta solum modica pena, piis locis applicanda, sic testatur Nicol. lucubr. can. d. lib. 2. tit. 9. de feriis nu. 7. ubi Decreta refert.

5 Et multò minus poterit transgressoribus imponi pena excommunicationis, nisi in loco irreplisset aliquis parvus abusus, dies festos publicè violandi, vel pena pecuniaria non timerentur, & adesset contemptus, Raynald. observat. crim. tom. 1. cap. 1. §. 8. nu. 73. & seq.

6 DOPO FINITE LE MESSE. Ita rescripsit Sac. Congregat. Episcoporum Episcopo Monopolitano 15. Februarii 1595. de quo Decreto meminit Nicol. in fosc. in verb. festus num. 15. At hic monendus est Episcopus, quod in magnis Civitatibus, & in locis ubi est frequentia populi, vel ratione commercii, aut residentie Principis; non est ita strictè prohibendum,

dum, molitoribus, & pistoribus, sed largiùs indulgendum.

7 **LA DOVUTA LICENZA IN SCRITTO LA QUALE SI DARA' GRATIS.** Ne prætextu necessitatis, quam sibi quisque fingere sæpè autumat, præceptum Divinum, & leges Ecclesiasticæ passim violentur, & Sacrorum Canonum indulgentia homines abutantur, meritò necessitatis determinatio Superioris iudicio, & arbitrio remissa est, ut dignoscat num verè ulla ex causis supradictis subsit, propter quam liceat diebus festis rebus servilibus vacare, vel aliundè necessitas urgeat, aut pietas suadeat, juxta notabile rescriptum Sac. Congregationis Concilii 22. Aprilis 1599. amplexum ab altera Episcop. & Regular. 12. Martii 1601. in quo hæc formalia verba leguntur -- *Cæterum quoniam verendum est, ne privatis affectibus domesticarum rerum aliqui eò perducantur, ut hac Sacrorum Canonum indulgentia in aliis etiam casibus abutantur, idem PP. Illustrissimi adjitunt ad Ordinarii cujuscunque iudicium, & censuram pertinere, ut dignoscant num verè ulla ex causis supradictis subsit, propter quam liceat diebus festis rebus servilibus vacare, ut nec dierum festorum observantia ulla in re violetur, nec opera illis diebus summa cum ratione permissa impediatur.*

8 Hæc autem licentia laborandi diebus festis debet dari in scriptis, ut respondit Sac. Congreg. Episcop. Episcopo Civitatis Castellanae 21. Augusti 1615. & hoc quidem congruit (ut opinor) duplici ratione. Altera, ut contra illos, qui dictis diebus reperti fuerint violatores absque licentia, etiam Judex laicus præventivè juxta dispositionem Constitut. Pii V. procedere possit: altera ut inspicere, & recognoscere valeat, an causæ expressæ, & conditiones, quibus licentia concessa fuit, veræ sint, & respectivè serventur: quamvis pro validitate licentiæ pernecessè scriptura non exigatur, Capon. discept. for. d. cap. 211. nu. 6.

9 Debet ulterius prædicta licentia gratis concedi, & qui aliter facit monendus est, ut consulat conscientiam suam, prout monuit Sac. Congreg. Episcop. Episcopum Brifacæ vulgo Umbriatico 15. Januarii

1619. & Archiepiscopum Ulyssiponen. 7. Decembr. 1691. qui Constitutione Synodali prohibuerat Barbitonsoribus ne tonderent barbas diebus festis, quibus tamen aliquando licentia concedebatur, recepta pecunia: Unde recurrentibus Barbitonsoribus rescriptum fuit -- *Servandam esse Constitutionem Synodalem, & non esse concedendas licentias per pecunias.*

10 Ubi verò loca pia a maxima egestate laborarent, tunc licitè per modum hortationis pro illis sublevandis aliqua elemosyna recipi posset, ut declaravit Sac. Congreg. Episcop. in Casertana 28. Novembris 1594. & tenet Ricc. prax. for. Eccles. par. 4. resol. 383. nu. 4.

11 Item à solo Episcopo, qui privativè Edicta pro observantia festorum promulgata, licentiæ conceduntur, non autem à Judicibus, neque à Gubernatoribus laicis, Nicol. lucubr. canon. lib. 2. tit. 9. de feriis nu. 6. Ricc. prax. for. Eccles. par. 4. resol. 381. num. 2. quem sequitur Raynald. loco supra citato num. 84. circa finem, ubi per extensum Decretum Sac. Congregat. Concilii refert, Bellet. disquis. cler. par. 1. tit. de favor. cler. real. §. 5. nu. 104. & seqq. & declaravit Sac. Congreg. Immunitatis in una Castren. 2. Maii 1629. & in alia Theatina 20. Septembris 1639. lib. 3. Decr. Paulus. fol. 102.

12 Neque Judex laicus, neque Gubernator illos, qui diebus festis prævia Episcopi, aut Vicarii licentia operibus servilibus vacaverint, punire, nec multare poterit: sicuti è converso multari poterunt ab Episcopo, qui tantum sæcularis Judicis, vel Magistratus licentiam festum violandi exhibuerint, Pac. Jord. lucubr. tom. 2. lib. 11. tit. 1. nu. 61.

13 Et hæc procedunt etiam respectu ad exemptos, & Regulares omnes, qui quoad observantiam festorum, cæteris non exemptis cœquantur, ut advertit Card. de Luc. in Miscell. disc. 1. nam. 104. & propterea pœnis etiam censurarum in subsidium arbitrio Episcopi pro transgressione subjiuntur, Barbosa in Sum. decis. Apostol. collect. 633. nu. 25. Ventrigl. prax. par. 1. adnot. 48. nu. 101. Jul. Capon. disc. 213. nu. 17.

14 **LI GIORNI DEL NATA-**

TÀ

TALE, E DELLA PASQUA. Præter hos dies in Ecclesia universali solemniores, posset Episcopus in Edicto excipere festum diem, qui esset in loco solemnus; Nam hi dies à minus solemnibus in dispensatione, de qua agimus, distinguuntur, ut patet ex Textu in cap. 3. de feriis ibi -- auctoritate nostra indulgemus, ut liceat Parochianis vestris diebus Dominicis, & aliis festis (præterquam in majoribus anni solemnitatibus) eorum captioni, ingruente necessitate, intendere.

15. IN CAUSE CIVILI. Quia in causis criminalibus non debet Episcopus impedire, quin Judex laicus conficiat Processus, vel ad capturam Rei non procedat in die festo, prout Sac. Congregat. Episcop. & Regul. rescripsit Episcopo Latini 17. Septemb. & 18. Novembr.

1597.

16. I BALLI. Saltationes, Choreæ, & tripudia, quæ præcipue Ruri inter personas utriusque sexus ducuntur, nunquam ferè agi possunt sine multis, & iis quidem gravissimis Dei offensionibus, idque -- ob turpes cogitationes, obscenè dicta, in honestas actiones, morum corruptelas, & perniciosas ad omnia opera carnis illecebras illis perpetuo conjunctas; ium propter cædes, rixas, discordias, supra, adulteria, aliæque mala plurima inde consequentia quàm sæpissimè. Verba sunt Divi Caroli in Synodo 3. Mediol. tom. 1.

17. Ideoque ne dies festus ludicis istis actibus sædetur, allaborandum erit, ut modis omnibus corruptela hæc exterminetur, Bellett. *disquis. cler. part. 1. de favor. cleric. real. §. 5. num. 107.* Caveantque Ministri, & Officiales Principum secularium, ne fomentum illos frequentandi transgressoribus præsentent, Curiam Episcopi facto impediendo, ut non possit ad penas comminatas contra laicos procedere; quia thesaurizant sibi ipsis iram Dei, contra quem pugnare non est facile. *Ecclesiastic. 46.*

18. LE SCENE, E GLI SPETTACOLI DEGLI ISTRIONI. Concilium Cartaginense IV. mandat excommunicari eos, qui die solemnibus vadunt ad spectacula, ut habetur in cap. qui in die 66. de consecr. dist. 1. Undè evidens fit, quod

culpa non caret, qui diebus festis his delectatur. Clericis autem hæc non tantum canone, sed lege civili prohibentur, ut in *Auth. interdicimus, Cod. de Episcop. & Cleric. ibi - inibemus Sanctiss. Episcopis, & Presbyteris: Diaconis, & Subdiaconis, & Lectoribus, & omnibus aliis cujuscumque ordinis venerabilis Collegii aut schematis constitutis, ad tabulas ludere, aut aliis ludentibus participes esse, aut inspectores fieri, aut ad quodlibet spectaculum spectandi gratia venire: Si quis autem ex his in hoc deliquerit, jubemus hunc tribus annis à venerabili ministerio prohiberi.* Audiant hæc Clerici, & confundantur quoties non erubescunt murmurare adversus Episcopos; si fortè illos prohibent interesse spectaculis.

19. LE MASCHERE. Potest Episcopus diebus festis larvas prohibere, non obstante asserta contraria consuetudine, ut declaravit Sac. Congreg. Episcop. & Regul. in Viterbien. seu Aquippendii 16. Januarii 1693. in qua cum Gubernator Viterbii tempore Carnis previo suo Edicto licentiam dedisset laicis gubernio subjectis larvam gestandi etiam diebus festis peractis Divinis Officiis; Episcopus Aquippendii intra dicti Gubernii jurisdictionem in temporalibus comprehensi Edictum publicavit, quo larvas prohibebat diebus festis.

Hinc habito recursum pro parte Procuratoris Fiscalis laicalis dictæ Curie ad Sac. Congregat. pro declaratione validitatis, & justitiæ Edicti Gubernatoris (innixi consuetudini) & insubsistentiæ respectivè alterius Episcopi, propositaque Causa auditis partibus, responsum fuit -- *Edictum Episcopi sustineri: & merito quia asserta consuetudo, in qua unice insistebat Gubernator, est corruptela contra bonos, & Christianos mores, quæ nulla honestate fulcitur, & ubi reperitur ab Episcopis in quantum valent tollenda est.*

20. Item potest etiam Episcopus meretricibus larvam prohibere, quamvis Gubernator eisdem illam deferendi permissionem, & facultatem dedisset; prout Sacra Congregatio Episcoporum rescripsit V. Legato Marchiæ 9. Martii 1604.

21. VICINO ALLE CHIESE.

Con-

Concilium Toletanum III. relatum in c. Corporis Christi, referuntur ad causam, religiosa de consecrat. dist. 3. mandat removeri tales abusus his verbis -- Irreligiosa consuetudo est, quam vulgus per Sanctorum solemnitates agere consueverit. Populi, qui debent Officia Divina attendere, saltationibus, & turpibus invigilant canticis, non solum sibi nocentes, sed & Religiosorum Officiis perstreptentes, hoc enim, ut ab omnibus Provinciis depellatur, Sacerdotum, & Judicium à Concilio Sancto curæ committitur, ubi Glos. dicit, quod hæc Officii Divini perturbatio est culpa mortalis.

22. **NON SI FACCIANO PROCESSIONI.** Jus indicendi Processiones publicas, & privatas, ac etiam (cum causa) prohibendi, est privativum Episcopi, Barbof. *supra* Concil. sess. 25. cap. 13. de regular. num. 42. & de Offic. & potestat. Episcop. allegat. 78. num. 3. & 4. & de Canon. & Dignit. cap. 42. n. 20. & in Sum. decis. Apost. verb. Episcopus quoad Processiones num. 1. Et quamquam Processiones solitæ privatæ, quæ fiunt à Parochis in Parochia, & à Capitulo in Cathedrali, fiant sine licentia: adhuc si transferantur, exigitur Episcopi approbatio, ut partibus informantibus fuit decisum à Sac. Congr. Rituum in Hispalen. 3. Septembris 1695. & 21. Julii 1696. & in Asten. 21. Januarii ejusdem anni, & idem dicitur in Edicto, quod non transferantur sine licentia, ad hoc ut si quid de novo emergeret, Episcopus uti possit jure suo.

23. Processionibus generalibus indictis pro causa, bono, vel honore publico, tam Clerici sæculares Beneficia, vel Officia Ecclesiastica obtinentes, quàm Regulares invitati, omnes interesse tenentur, & adesse compelluntur juris remediis: juxta dispositionem Concilii sess. 25. cap. 13. de Regular. Sac. Congreg. Episcop. n. Cajetana 25. Octobr. 1602. confirmata 7. April. 1690. Nicol. lucubr. canon. lib. 1. tit. 31. de Process. n. 14. & 22. & in flosc. verb. processo n. 1. & 4. Panimol. decis. 84. adnot. 1. num. 39. Pignatell. consult. 30. num. 1. & seqq. tom. 4. Tambur. de jur. Abbat. tom. 1. disp. 24. quest. 8. num. 2. Sac. Congr. Concilii 3. Augusti 1658.

24. Præter autem processiones universales Ecclesiæ, nempe Rogationum, &

bonum, & honorem publicum, aliæ, quæ fiunt, & indicuntur pro gratiarum actione de re gravi, pro pace inter Catholicos Principes, vel victoria impetranda contra infideles, pro electione novi Pontificis Ecclesiæ diu viduatæ Pastore, ad placandum Deum occasione pestis, famis, belli, sterilitatis, terræmotus, & similibus, ut tradunt Pac. Jordan. lucubr. tom. 2. lib. 11. tit. 2. tom. 4. Passerin. de stat. hom. tom. 3. quest. 189. numer. 99. in fine.

25. Has tamen, ad effectum obligandi Regulares ad interessendum, non esse renovandas annuatim, & perpetuandas nisi nova motiva, & novæ causæ concurrant, censuit Sac. Congreg. Rituum in Bitten. 19. Januarii 1697. ad relationem clar. mem. Card. Petrucci, in qua declaratum fuit Edictum Episcopi (quo abstrigebantur Regulares sub pena suspensionis, & interdicti Ecclesiæ ipso facto incurren. ad interessendum processioni indictæ pro obtinenda liberatione à terræmotu, semel jam factæ anno præcedenti, & postea renovatæ) non sustineri cum omnibus indè secutis.

26. Processiones verò, quæ fiunt à Regularibus, egredi non debent eorum Clausura sine licentia Episcopi, non obstante contrario solito, ut pluries Sac. Congregationes Concilii; ac Rituum decrevisse referunt Ricc. collect. 4044. Lauret. de Franch. contr. part. 1. n. 86. Donat. prax. rer. regular. part. 2. tract. 13. de exempt. regular. q. 81. num. 6. Ventrigl. prax. part. 1. adnotat. 12. §. unico num. 4. Romaguer. ad Synod. Gerunden. lib. 3. tit. 10. cap. 1. num. 4.

27. Verum tamen est, quod ubi vigeret consuetudo, sciente Episcopo, præscripta, quod aliqui Regulares, vel etiam Confraternitates laicorum, in aliqua anni solemnitate, vel die processionem ducerent per vias Civitatis, tenerentur quidem licentiam ab Ordinario petere, sed non deberet eis denegari, quia cum sit actus Religionis, qui fovet populi devotionem, & pietatem, absque valde rationabili causa non debet impediri: & si de facto impediatur, datur recursus ad Sac. Congregationem Episcop. vel Rituum;

ttum, à quibus solet obtineri rescriptum, quod Episcopus licentiam concedat, ut rescripti prima in Papien. 11. Maii 1696. ad relationem Eminentiss. Card. Pamphili favore Confraternitatis Sanctissimæ Trinitatis, vel quod servetur solitum, ut in Savonen. 4. Septembr. 1693. & alia Rituum in Ferentina 21. Novembr. 1699. favore PP. Conventualium referente. clar. mem. Card. Petrucci.

28. Hinc sumpta occasione de processionibus loquendi, notandum est, Primò, quod licet inter Regulares, sive Mendicantes sint, sive non, præcedentia regulanda sit juxta dispositionem Bullæ Gregor. XIII. prout approbante Paulo V. respondit Sac. Congreg. Rituum 29. Novembris 1618. cujus Decretum apud me existit authenticum; scilicet quod illa Religio in processionibus præcedat, quæ prius in Civitate, seu loco ubi residentiam fundavit, & habuit Monasterium: Nihilominus ubi viget consuetudo, quod inter se præcedant ratione originis, & institutionis Religionis, servanda est; sic respondit articulo plenè examinato Sacra Congreg. Episc. & Regul. in Forolivien. 27. Febr. 1693. ad relationem ejusdem bo. mem. Card. Petruccii inter Monachos Camaldulenses, & Vallumbrosanos.

29. Secundò, quod regula generalis supra firmata, quod nempe omnes Regulares ad processiones indictas pro causa, bono, vel honore publico intervenire teneantur, habet locum etiam in illis Conventibus, in quibus degit minor numerus Religiosorum, quàm duodecim, quia nulla indecentia est (sicuti malè opinantur nonnulli Autores Regulares) quod paucis vexillum Crucis erigatur, ut pro veritate fatetur Passerin. de stat. hom. tom. 3. q. 189. art. 10. inspect. 10. num. 1004.

30. Tertio, quod ubi viget consuetudo, quod Regulares, vel etiam Confraternitates Laicorum, non obstante distantia unius milliarii, conveniant ad processiones, est servanda, & convenire tenentur, Passerin. loc. cit. numer. 1000. & tenuit novissimè Sac. Congr. Rituum in Nucerna Paganorum 12. Septembr. 1699. ad relationem Eminentissimi Card. Francisci Barberini, quod est contra Pasqua-

lig. ac contr. Lauret. de Franch. part. 1. num. 66.

31. Quarto, quod hi Regulares, qui vigore peculiaris indulti processionem ducunt extra Claustra, prout asserunt habere PP. Dominicani in Dominica infra Octavam Corporis Christi ex concessione Clem. VIII. tenentur incedere per viam semel electam, ut probant Decreta relata a Pignatell. consult. 63. num. 3. tom. 6. & resolutum fuit in Belcastren. 28. Aprilis 1690. ad relationem olim D. mei Cardin. Petrucci, Sac. Congreg. Rituum in Quiren. Processionis prima Septemb. 1696. referente Eminentissimo Pamphilio.

32. Quintò, quod Regularibus paratis, & deferentibus in processione Reliquias, debetur præcedentia (non tamen cæteris non paratis) supra Clerum sæcularem, Sacra Congreg. Episcop. in Soanen. 4. Septembris 1693. referente eodem Card. Petruccio.

33. Sextò, quod Regulares in suis processionibus non possunt, nec debent ducere Puellas habitu fictitio Angelorum, neque Bizzocheras, ut declaravit Sacra Congreg. Episc. in Ebredunen. 19. Januarii 1691. Nec processiones ipsas in Monialium Ecclesias, quamvis eorum regimini subjectarum, inferre, & introducere, eadem Sac. Congreg. in Pisauren. 24. Novembris 1717. cujus Decretum est sequens. -- Cum Sac. Congreg. innotuisset nonnullos Ordinis Sancti Dominici Regulares occasione processionum per eosdem diebus Dominicis, & post Vesperas celebrari solitarum processionaliter in Monialium eorum regimini subjectarum Ecclesias ingredi consuevisse, illustrissimi ejusdem Congregationis Patres Episcopo Pisauren. litteras dari mandarunt, ut præfatum abusum omnino tollat, provideatque, ut prænominati Regulares, quovis prætextu processionum per ipsos fieri solitarum, in dictarum Monialium Ecclesias imposterum nullatenus ingrediantur.

34. Septimò, quod Regulares ad processionem funeris invitati, debent accedere ad Ecclesiam Parochialem, quamvis defunctus sit sepeliendus in eorum Ecclesia, non autem Parochum expectare per viam, aut ad Domum Defuncti,

ti, non obstante quacunq[ue] consuetudine etiam immemorabili contraria, Lantusch. *Theatr. Regular. in verb. Exequiæ numer. 4. ibi* -- Regulares vocati ad sepeliendos mortuos, etiam in eorum propria Ecclesia, convenire debent ad Ecclesiam Parochialem, intra cujus limites defunctus existit, & inde cum Parocho ad Domum defuncti, & nullo modo permittendum est expectare Parochum per vias, vel ad Domum defuncti, non obstante contraria consuetudine, prout resolutum fuit à Sac. Congregat. Rituum 15. Decembr. 1632. ut in registro.

35. Decretum à Lantuscha allegatum fuit deindè pluries ab eadem Congregatione confirmatum, consuetudine etiam immemorabili non obstante, & præcipuè in *Æsina 31. Julii 1665. in Nicien. 9. Augusti 1670. in Savonen. 19. Decembr. 1671. & in Aretina 22. Decemb. 1696.*

36. Si verò Cadaver per modum depositi in alia Ecclesia reperitur, tunc possunt Regulares ad illam se transferre, ut probat Nicol. *lucubr. Civil. lib. 4. tit. 15. num. 25. §. 6. ibi* -- Quod Regulares, vel alii funus comitantes non permittantur expectare per vias, neque ad Domum defuncti, sed tantum in Ecclesia Parochiali, vel alia, in qua depositum esset cadaver, juxta Rituale Romanum, non obstante contraria consuetudine. *Sacra Rituum Congregatio in una Tropien. 8. Februarii 1631. & in alia Telefina 12. Februarii 1633. & declaravit eadem Congregatio in Senogallien. 22. Junii 1675.*

37. Octavò, quod si Processioni Funerali intervenit Capitulum Cathedralis, tunc omnes de Clero tam sæculari, quàm Regulari invitati, ad Ecclesiam Cathedraliam convenire, & sub unica illius Cruce, ad Ecclesiam tumulantem incedere debent, non obstante contraria consuetudine, Samuel. *de sepult. tract. 1. disp. 3. contrav. 3. concl. 6. num. 39. pagin. mibi 93. ibi* -- in defunctorum associatione si Capitulum Cathedralis incedat cum Regularibus, tantum una Crux est ferenda ab Ecclesia Cathedrali ob illius reverentiam, cadaver si sepeliatur in Ecclesia Regularium, non erigenda est ab eis alia Crux, si verò ab Ecclesia Cathedrali non deferatur, eam Regulares erigent si cadaver est

tumulandum in sua Ecclesia, sic Sac. Rituum Congreg. sancivit in una *Pisauren. 22. Martii 1632.*

38. Et magis præcisè eadem Sac. Congregat. Rituum in *Fossanen. 21. Julii 1643.* cujus Decretum, quod habeo authenticum, est tenoris sequentis -- Episcopus duobus dubiis humiliter petit responderi. Primo an servandum sit decretum ab ipso factum, quod ad funera vocatis non licet expectare defunctum per vias, vel illius Domum petere, sed quod debeant intervenire ad Ecclesiam Parochialem, ad quam funus deferretur, vel ad Cathedraliam, si Cathedralis Capitulariter interveniat, consuetudine immemorabili in contrarium non obstante. Secundo an cum Cathedralis, & Parochi soleant deferre singuli suas Cruces, ac Vexilla Confraternitatum in suis Ecclesiis respectivè existentium, ut capient duos Cereos pro singulis Crucibus, & Vexillis, possit idem Orator præcipere, ut Clerus sæcularis totus incedat sub unica Cruce Cathedralis, videlicet quando Capitulariter, aliàs Parochialis, ad quam funus deferretur, remotis hujusmodi Vexillis, etiam Regularium, prædicta consuetudine non obstante.

Sac. Rituum Congregat. ad primum respondit tam sæculares, quàm Regulares etiam exemptos ad funera mortuorum vocatos in Ecclesiam Cathedraliam, aliàs in Parochialem, ad quam funus deferatur convenire debere, & nullo modo permittendum, quod expectent per vias, vel adeant Domum Defuncti, consuetudine etiam immemorabili in contrarium non obstante.

Ad secundum sub unica Cruce incedere debere omnes associantes funus, & ea sit illius Ecclesiæ, ad quam Corpus deferretur sepeliendum, nisi intervenerit ut supra Capitulum Cathedralis, vel Collegiatæ, quo casu sub una duarum respectivè Cruce omnes incedere debent, prædicta consuetudine non obstante. Die 21. Julii 1645. Ita reperitur &c. Quod Decretum confirmavit postea eadem Congregat. in *Aretina de anno 1664. inter Monachos Cassinenses, & Capitulum Cathedralis, & de novo inter easdem partes 22. Decembr. 1697. in responsione ad primum.*

39. Nonò, quod Capitulum Cathedralis gaudeat prerogativa, ut omnes funus

nus associantes incedant sua Cruce inces-
fu, & progressu Processionis usque ad Ec-
clesiam tumultantem inclusivè; sed post
ingressum Ecclesie non potest, præsertim
Regularium, assistere funeri cum Cruce,
sed adhibenda est Crux Ecclesie tumulan-
tis prout partibus informantibus censuit
eadem Sac. Congreg. Rituum in dict. Are-
tina 13. Julii 1697. in qua proposito Du-
bin--Ad in associatione Cadaverum sepeliend-
orum in Ecclesiis quorumcunque Regula-
rium, & præcipuè Cassinensium, liceat Ca-
pitulo, & Canonicis Cathedralis ad associa-
tionem invitatis Ecclesiam eorumdem Regu-
larium ingredi cum Cappa, & Rocchetto,
& in eadem sic assistere usque ad humatio-
nem Cadaveris, sola Cruce dicti Capituli
erecta, & non alia? Sac. Ec. referente clar.
memor. Cardin. Peirucci respondit--Affirma-
tivè, ita tamen, ut in absolutione funeris
sola adhibeatur Crux Ecclesie tumultantis.

41. Et licet Sac. Congregat. Episcoporum
in una Nucertina Paganorum 15. Septem-
bris 1690. manutentionem concefferit PP.
Basilianis in elevatione Crucis, occasione
associationis Cadaverum in eorum Eccle-
sia tumulandorum, etiam interveniente
Capitulo Cathedralis, hoc evenit virtu-
te antiquæ transactionis initæ inter eos-
dem, & Capitulum Nuceriæ, quæ unà
cum consuetudine exindè introducta affe-
rebatur.

41. Decimò, quod Regulares acceden-
tes, ut moris est, ad publicas Processio-
nes, non debent Processione terminata
statim à loco recedere; sed tenentur tam
in accessu, quàm in reditu, Ecclesiam
ex qua, & in qua functio incipit, vel
terminatur, ingredi, ibique precibus, seu
benedictioni assistere usque ad finem,
prout disponunt Decreta generalia Cong-
reg. Rituum, & Episcoporum, quæ per
extensum refert Pignatell. consulti. 47. n. 33.
& 34. tom. 3.

Edicti reverentiæ debitæ Ecclesie.

FORMULA VIII.

SUMMARIUM.

- 1 Pro custodienda reverentia Ecclesiarum
Summi Pontifices plura sanxerunt.
- 2 In Ecclesia est orandum, & qui hoc de-
votè facit exauditur à Deo.
- 3 Perturbantes divina in Ecclesia mul-
tandi sunt ad formam Bullæ Pii V.
- 4 Episcopus est absolutus arbiter remo-
tionis scamnorum in Ecclesia retento-
rum.
- 5 Laici retentione scamnorum in Ecclesia,
ipsa nolente, non habent possessionem
manutenibilem.
- 6 Mulieres accedentes ad Ecclesiam nu-
datis scapulis, & mammillis possunt
interdici ab ingressu Ecclesie; &
refertur exemplum Innoc. XI. nu. 7.
- 8 Mulieres in Ecclesia ab hominibus se-
parari debent, ut plerisque in locis
servatur, num. 9.
- 20 In Ecclesia non potest exequi citatio,
neque verbalis de Judicis Laici or-
dine.
Citatio, sive præceptum factum Nunciù
in Ecclesia exequutum est validum,
ibid.
- 11 Judex Ecclesiasticus non potest in Ec-
clesia exercere actus contentiose juris-
dictionis, præter simplicem citatio-
nem verbalem.
- 12 Regulares delinquentes intra septa Mo-
nasterii, & loca immunita, possunt
à Superioribus constringi, & licitè
corripi.
- 13 In Ecclesia non possunt examinari Te-
stes.
- 14 In Ecclesia nemo debet habere prospe-
ctum, neque aliam servitutem acti-
vam.
- 15 Qui habet januam correspondentem in
Domo Parochi Ecclesie contiguam,
debet illam obstrui facere.
- 16 Inservientes Sacrificio Missæ non de-
bent esse pueri petulantes, neque vi-
les, & sordidi homines.

- | | |
|---|---|
| <p>17 Musica pertinet ad bonum commune, & in Ecclesiis est de jure permiffa.</p> <p>18 Episcopus non potest prohibere, quod in Ecclesiis non fiat Musica, sed inhibere ne canantur prophana.</p> <p>19 Neque prohibere, quod non fiat sine interveniu Magistri Cappellæ Cathedralis, aut sine sua licentia.</p> | <p>20 Potest prohibere, ne in Ecclesiis, & Oratoriis publicis canatur Musica lingua vernacula, quantumvis cantuuncula, & verba sint spiritualia.</p> <p>21 Laicus percutiens injuriosè in Ecclesia alium Laicum alapa incurrit excommunicationem minorem.</p> |
|---|---|

N. Vescovo N.

E'Tanto importante per evitare i gastighi della provocata giustissima ira di Dio, che sia colla dovuta riverenza, ed ossequio dato nelle Chiese il culto alla Divina Maestà, che i Sommi Pontefici, ed il Sagro Concilio di Trento, hanno in tal proposito promulgato premurosi *Ordini, e Decreti*, accioche quelle non siano colle irriverenze, ed abominazioni profanate, e dato facoltà a' Vescovi anche come Delegati Apostolici per eseguirli colle pene in quelli prescritte, & altre maggioria loro arbitrio contro i profanatori.

Noi dunque in questa parte tanto come Esecutore de' Decreti Apostolici, e del Concilio, quanto come zelante dell'onore della Casa di Dio, ch'è ogni Tempio a lui, ò a suoi Santi dedicato, & acciochè S. D. M. conceda à chi ora divotamente in quella la remissione della pena de' peccati commessi, e confessi, & il soccorso del Divino ajuto in tutte le nostre communi necessità, ordiniamo.

1. Che nessuno ardisca nelle Chiese così Secolari, come Regulari in alcun tempo passeggiare, far circoli, o confabulare di cose otiose, nè di appoggiarsi indecentemente a' Sacri Altari, nè di federe irreverentemente colle spalle voltate al SS. Sacramento, ò di metterfi inconvenientemente in faccia alle Donne.

2. Che non si facciano amoreggiamenti, o altri atti con parole, o con gesti contrarii alla Christiana onestà, e modestia verso alcuna Donna ancorche fosse notoriamente impudica.

3. Che non si faccia rumore, o strepito, nè altra cosa per la quale si disturbino, o impediscano le funzioni, i Divini Officii, & il Santo Sacrificio della Messa: Ed a questo fine proibiamo, che nessuno porti in Chiesa animali atti a far strepito, ò ardisca di mutare, ò portar nuovi *Banchi* senza nostra licenza.

4. Che non si facciano ragionamenti di cose oscene, nè si trattino negozii Secolarefchi, nè si formino circoli di persone vicino alle Porte delle Chiese dove siano Feste, Indulgenze, Quarant'hore, o altra cagione di concorso.

5. Che le Donne entrino, e stiano nelle Chiese onestamente coperte *senza mostrar nudità* di petto, di braccia, o di spalle, ficome comanda l'Apostolo, e conviene alla santità del luogo, & alla verecondia Christiana.

6. Che nessuno stia sù la Porta, o fuori di Chiesa ad udire, o vedere la Messa, e Divini Officii, se non quando per la picciolezza, & angustia di essa non si potesse in modo alcuno star dentro.

7. Che si stia nelle Chiese ad udire la Messa col capo scoperto, con ambe le ginocchia inginocchiato, e quando si legge l'Evangelio ciascuno si levi in piedi, e stia con habito, e positura di corpo talmente composto, che mostri d'esser presente a tanto Sacrificio anche colla mente, e con divoto affetto del cuore.

8. Che i poveri non vadano mendicando per le Chiese, ma stiano alla Porta per

ta per chiedere l'elemosina, e siano da' Parochi, e da' Rettori esortati i Fedeli esser liberali verso quei poveri, che sono ubbidienti a quest'ordine.

9. Che nissuno ardisca d'entrare in Chiesa con Armi da fuoco, nè di spararle per qualsivoglia causa avanti la Porta della medema, nè di condurvi dentro Cani da Caccia.

10. Che nissuno riponga, ò tenga riposto nelle Chiese Grano, Legumi, Frutti, Legnami, nè altra cosa profana, & indecente, nè appenda in esse armi, o aste, nè faccia, e getti immondizie, ne meno dietro le mura, negl'Atrii, o Cemeterii.

11. Che nelle Chiese per quanto sarà possibile, e massime in tempo di Prediche, ed occasione di festa, e di concorso, per evitare le offese di Dio, e la perdizione dell'anime, *siano separati* gli Huomini dalle Donne, e sarà cura de' Parochi, Sagrestani, e Soprastanti di mettervi una tela per lungo dell'altezza d'un'huomo (ove non siano i Tavolati) per impedire i prospetti, i colloquii, & altre abominazioni.

12. Che nelle Chiese, Atrii, e Portici annessi, non si tengano cose da vendere, nè si facciano contratti di qualsivoglia sorte; *non si eseguiscono citationi, nè si esaminino Testimonii*, non si diano sentenze, nè si facciano adunanze per Consigli, ò parlamenti pubblici (se non per atti di pietà) nè qualsivoglia altr'atto profano.

13. Che nissuno senza Indulto Apostolico, o altro legittimo titolo riservato nelle fondazioni, habbia finestra che guardi, o Porta che comunichi nella Chiesa, *nè altra servitù in quella.*

14. Che li Sagrestani, Rettori, e Cappellani delle Chiese, per rimuovere le irriverenze, & i mali abusi dal Sagro Altare nell'atto della celebratione del tremendo Sacrificio della Messa, non ammettano in difetto de' Chierici, a servire le Messe gli Artisti con habito da lavoro, nè altre persone rozze, vili, & indevotamente vestite, *nè li Fanciulli di poca età*, che non siano modesti, morigerati, e bene instruiti, e capaci d'intendere ciò che fanno.

15. Che le feste, che si celebrano con solennità nel giorno titolare delle Chiese, o in altro tempo, siano fatte con modestia, e Christiana divozione, e senza apparati profani. *Le Musiche siano cantate con gravità secondo il Rito Ecclesiastico*, e composte di parole Latine cavate dalla Sagra Scrittura, dal Messale, e dall'Officio del Santo corrente, di cui si celebrerà la festa: Le Messe siano terminate un'ora dopo il mezzo giorno, & i primi, e secondi Vesperi al tramontar del Sole.


16. Che li Rettori, Parochi, Sagrestani, Cappellani, e custodi delle Chiese, non permettano, nè dissimolino, che in esse si facciano le cose di sopra proibite, ma ammoniscano li Trasgressori, ò ne facciano consapevoli Noi, ò il nostro Vicario Generale nella Città, e ne' luoghi della Diocesi i Vicarii Foranei.

17. Chiunque contraverrà in alcuna delle cose di sopra proibite sarà punito colle pene prescritte nella Bolla del B. Pio V. e con altre a nostro arbitrio secondo la disposizione del Cap. 2. de immunit. in 6. etiandio fino all'Interdetto dall'ingresso nella Chiesa, & in sussidio *anche della scomunica*: Volendo, che questo nostro Editto pubblicato, che sarà ne' luoghi soliti, serva contro i Trasgressori, per prima, seconda, e terza monitione.

18. Che li Parochi, e Curati delle Chiese publichino almeno due volte l'anno
al

al popolo il presente Editto nel tempo della Messa Parochiale, di maggior frequenza del popolo; e trasmettano a Noi ogn'anno l'Attestatione giurata d'averlo tante volte publicato; nel che se faranno negligenti, incorreranno nella pena di tre scudi, & altre a nostro arbitrio. Dato &c.

N. Vescovo N.

Luogo  del Sigillo.

N. Cancelliere Episcopale.

ADNOTATIONES.

1. **O**RBINI, E DECRETI. Quia in Ecclesia est semper orandum, cum Domus orationis sit, ut ipsa veritas Christus. Jesus docet nos *Matt. 21.* Nos qui in Domo ista profana mercamur, ut flagello de funiculis facto ab ea non projiciamur, ut evenit incredulis Nummulariis Judæorum *Jo: 2.* Summi Pontifices Gregor. X. in *Concilio Universalis Lugdunensi relato in cap. 2. de immunit. Ecclesiarum in 6.* Pius V. in Constitutione, quæ incipit *Cum primum, impressa in Bullar. novo tom. 2. in ordine, necnon Concil. Trid. in Decreto, quod edidit de evitand. in celebr. Missar. sess. 22.* plura circa cultum, & venerationem Ecclesiarum, & Sacrificii Missæ, providè, ac piè sanxerunt pœnasque comminarunt contra prophanatores earundem; facultatemque, ad improborum hominum temeritatem, & irreverentiam compescendam, Episcopis tamquam Sedis Apostolicæ Delegatis illimitatam dederunt.

2. **A CHI ORA DIVOTAMENTE.** Memor hic Episcopus promissionis Dei (qui custodit pactum, quod fecit David, ac Salomoni filio *Daniel. cap. 9.*) nempe quod quicumque in Templo devotè oraverit, & extenderit manus suas cognoscens infirmitatem suam, ei peccata dimittet, & faciet, cuncta, pro quibus eum invocaverit, ut habetur *in cap. 6. 2. lib. Paralipom.* excitat in exordio Edicti fidelium corda, ut adorent, & timeant Dominum in loco isto, ad hoc ut exaudiri in eorum afflictionibus, quæ innumetæ sunt, mereantur, juxta alterum Divinum effatum, *Sabbatha mea custodite, & Sanctuarium meum me-tute. Levit. 26.*

3. **O IMPEDISCANO LE FUNTIO-**

NI. Perturbantes, vel aliquo modo impediendes functiones Ecclesiasticas, sunt mulctandi ad formam Bullæ B. Pii V. & in subsidium poterit etiam procedi ad Censuras, sic respondit *Sac. Congreg. Episc. Episcopo Cajetano 10. Decembris 1690.*

4. **DI MUTARE, O PORTAR NUOVI BANCHI.** Quia occasione remotio-nis, & innovationis sedilium, & scan-norum, frequenter Laici inter se dimicant, & inde eveniunt scandala, & perturbatio-nes Divinorum Officiorum; ideò Episco-pus debet providere, ut nova sedilia in Ec-clesia non apponantur sine sua licentia; ipse enim est absolutus arbiter illa mode-randi, & removendi, præsertim quando sunt causa rumoris, & impediunt functio-nes, & celebrantes, ut fuse probat *Dian. part. 10. tract. 16. resol. 64.* ubi *Giovagnon. resp. 8.* & *Gratian. discept. 210.* Coripheos contrariæ sententiæ refellit, & *Dianam* sequitur *Pignatell. consult. 147. à n. 12.* & *per tot. tom. 9.* & sæpè sæpiùs tenuit *Sac. Congre-gat. Episcop. apud Nicol. in fosc. verb. Eccle-sia n. 10.* & nuper *in Navn. Terræ Carvii 8. Maii 1693. proponente Eminentissimo Card. de Judice, Sac. Congr. Rituum apud Barb. in Summ. dec. Apostol. collect. 301. n. 11.* & novissimè *in Fundana 5. Octobris 1697.* & *in Verulana 6. Septembris 1698. referente clar. me. Card. Perucci.*

5. Quicquid enim sit quando lis est inter privatos super competentia loci, seu scamni, qui manutenendi sunt in posses-sione absque novitate, ut respondit *Sac. Congreg. Episc. in Imolen. 6. Martii 1692.* *Antonell. de loc. legal. lib. 1. cap. 3. quæst. 4. num. 68. per tot.*; certum videtur, quod contra provisionem Episcopi, aut Recto-ris tamquam Domini Ecclesiæ agentis, non sit locus reclamationis; Quia usus Sedi-

fedilium, quem Laici habent in Ecclesia, provenit ex benignitate, tolerantia, & ex gratia revocabili ejusdem, non autem jure, ex quo valeant, ipsa Ecclesia nolente, servitutem, seu quasi possessionem manutenibilem acquirere, ut fuit ponderatum in dictis *Fundana, & Verulana*, & bene hoc distinguit & probat Passerin. *de stat. hom. tom. 2. quest. 187. art. 4. cap. 6. n. 379.*

6. **SENZA MOSTRAR NUDI-TA'**. Mulieres debent accedere ad Ecclesiam non tantum velato capite propter reverentiam Sacerdotum, ne hi in earum facie intuentes invitentur ad prævicationem, ut monet Text. *cum gloss. in cap. Mulier il. 2. 33. quest. 5.* sed etiam scapulis, mammillis, ac brachiis, undique Christiana modestia tectis: Alias ubera monstrantes, & doricè incedente, nisi monitæ respiscant, possunt interdici ab ingressu Ecclesiæ, ut probant Bellè. *disq. Cler. part. 1. tit. de favor. Cleric. real. §. 5. n. III.* Scipio de Rub. *aphorif. Episc. verb. jurisdictio n. 10.*

7. Et hinc evenit, quod Religiosissimus Pontifex, semperque Maximus Innoc. XI. prospiciens hujus insignis corruptelæ suo tempore in Urbe baccantis damno, & quantum libidinis ignis succendebatur, occurrendo malis, & animarum periculis, ad retundendam Mulierum impudentiam, mammæ, & brachia indecentissimè nudata ostentantium, ex communicatione (bonorum laude, majorum critica, & honestatis solamine) coercuit.

8. **STIANO SEPARATI**. Convenit juxta laudabilem antiquorum morem Christianorum, quod in Ecclesia adsit locus separatus Mulierum ab hominibus, ne mutua eorum proximitas cor à piis meditationibus sacrisque Misteriis avertat, & ne studium salutis fiat perditionis occasio. Quam separationem ubique introducendam esse consulunt, Pac. Jord. *lucubr. tom. 2. lib. 7. tit. 1. de Visi. Eccles. Cathedr. nu. 172.* Barbof. *de jur. Eccles. univ. lib. 2. cap. 3. num. 33.* Nicol. *fosc. verb. Prædicator. n. 20.* Pignatell. *consult. 35. tom. 7. & consult. 146. num. 131. tom. 9.* Chrispin. *de Visi. par. 2. §. 7. n. 23.* Romaguer. *ad Synod. Gerund. lib. 3. cap. 19. n. 3.*

Monacelli Form. Pars I.

9. Item hanc discretionem Virorum à Mulieribus constantem fuisse in sæculo decimo, & undecimo, ex Micrologo cogvo Scriptore asserit Van Espen. *de jur. Eccles. univ. tom. 1. par. 1. tit. 16. cap. 1. nu. 41.* ubi dicti Auctoris sequentia verba refert: *Diaconus cum legit Evangelium juxta Romanam ordinem in Ambone vertitur ad meridiam, ubi & masculi conveniunt, non ad Aquilonem, ubi feminae consistunt; usumque plerisque in locis adhuc hodiè in Belgio religiosè servari testatur, alibi que re-stitaurandum monet.*

10. **NON SI ESEGUISCANO CITATIONI**. Citatio, sive intimatio alicujus præcepti etiam verbalis non potest fieri per Nuncium de ordine Judicis Laici in Ecclesia, Raynald. *observ. Crim. tom. 1. cap. 1. §. II. n. 50.* ubi dat concordantes. Si tamen non ex Judicis commissione, sed factò Nuncii, sive Curforis, executio citationis, vel præcepti ibidem fieret, valida, Sperell. *decis. 51. n. 26.* licet Nuncius posset puniri, ut ait Card. de Luc. *de jurisdict. disc. 20. num. 16.*

11. Quo verò ad Judicem ipsum Ecclesiasticum, quamvis Sperell. *dicta decis. 51. num. 29.* & Tarquin. *Urban. post Zuff. de legitim. process. adnot. ad Constit. Barberin. num. 95.* teneant posse in causis ad Forum Ecclesiasticum spectantibus in Ecclesia exercere actus etiam contentiosæ jurisdictionis; nihilominus hæc facultas reduci debet ad simplicem citationem verbalem, non autem ut inde refugiat animo gaudendi immunitate, sive Laicus, sive Clericus reus sit, possit à Judice Ecclesiastico extrahi, neque pro injungenda salutari pœnitentia, ut advertit Raynald. *loc. cit. n. 54. & seqq.* ubi contrariis respondet.

12. Huicque sententiæ favet resolutio Sac. Congregat. *Episcop. & Regul. in Tropien. 17. Augusti 1618.* in qua sic fuit responsum: *Ecclesiasticus (suppl. Judex) juxta Sacrorum Canonum dispositionem præterquam in casibus degradatione dignis Clericos à locis immunibus extrahere non potest, & si secus erunt restituendi. Quicquid sit de Regularibus, qui intra septa Monasterii delinquentes, ne disciplina Regularis corruat, possunt à Superioribus con-*

L. strin-

stringi, & licitè corripì, Tarquin. Urban. ubi *suprà* n. 125. Raynald. n. 58. & Sac. Congreg. Episcop. in Bergomen. 5. Decemb. 1698.

13. **NE SI ESAMININO TESTIMONII.** Quod in Ecclesia non possit examen Testium recipi, tenet Guazzin. *ad defens. veor. defens. 20. cap. 9. n. 39.* nisi agatur de causis Beatificationis Servorum Dei.

14. **NE ALTRA SERVITU'.** Nemini est concedenda fenestra, nec porta, nec alia servitus activa, per quam prospectus, vel transitus habeatur in Ecclesiam, sine Indulto Apostolico, juxta dispositionem Decretorum generalium Sac. Congregationis Episcop. & Regular. 129. n. 3. & *seqq. tom. 4.* quod indultum sæpè petentibus denegatur, ut in *Andrien. & Telefina 5. Martii 1619. & in Pisauren. 3. Octobr. 1692.*

15. Quæ prohibitio vim habet, & viget in eo, qui habet januam correspondentem in Domo Parochi Ecclesiæ contigua, ut declaravit eadem Sac. Congreg. Episcop. in *Faventina 17. Februar. 1619.* in qua casus ita proponebatur--*Episcopus Faventinus cum in visitatione Ecclesiarum Parochialium quasdam privatorum Doms Parochorum Domibus contiguas, & januas, ex quibus in eorundem Parochorum Domibus accessus patet, habentes, invenisset, illarumque Domini easdem januas per multum temporis spatium possedisse prætenderent, ut imposterum eadem januæ murari debeant decrevit: quo per Sanctissimum audito Decretum hujusmodi probavit, & executioni mandari ordinavit.*

16. **NE LI FANCIULLI DI POCA ETA'.** Indignum quidem videtur, quod Minister in Sacrificio Missæ, qui Ecclesiæ, sive fidelis populi in actione adeò sublimes vices supplet, sit incapax, immoriger, & petulans puer, aut rudis, vilis, vel fordidus homo, prout non sine dedecore dignitatis, ac sanctitatis Sacrificii hic abusus, sive hominum incuria, & improbitate, sive temporum vitio cum Hæreticorum derisu universaliter irrepfit: quem tamen toto conatu vigiles Episcopos, & Prælatos eradicare debere, diser-

tissimis verbis hortatur Van. Espen. *de jure Eccles. univers. tom. 1. part. 2. tit. 5. cap. 3. à n. 35. usque ad fin.*

17. **LE MUSICHE SIANO CANTATE.** Ut honorificetur Deus in Sanctis suis Musica in Ecclesiis est de jure permissa, ut habetur expressè ex Textu *Extravagant. docta de vit. & honest. Cleric. & communiter tradunt Ventrigl. prax. par. 1. adnot. 22. §. unico n. 26. & 27. Capon. disceptat. 212. num. 27. & 28.* ubi dicit, quod Musica pertinet ad bonum commune, Romaguer. *ad Synod. Gerund. lib. 3. tit. 14. cap. 3. n. 1. & 2.* cum aliis quos refert, & sequitur Pignatell. *consult. 41. per tot. tom. 3.* & habetur *de eadem laus Ecclesiast. cap. 47. ibi--fla. re fecit Cantores contra Altare, & in sonorum dulces fecit modos.*

18. Ideoque Episcopus non potest prohibere, quod in Ecclesiis non fiat Musica (exceptis Monialibus:) Sed benè poterit Musicis præcipere, quod non canant, nisi verba sacra, & quod Musica nihil immodestum, aut turpe sapiat, & tota sit devota, & Ecclesiastica, prout jussit Alexander VII. tamquam Episcopus Romanus sua Bulla publicata 23. Aprilis 1657. & innovavit Innocent. XII. 29. Augusti 1692.

19. Neque prohibere Musicis, quod non canant, aut Officialibus Ecclesiarum, quod Musicos non adhibeant, nisi vocato Magistro Cappellæ Cathedralis, aut alterius Ecclesiæ: Vel demum quod Musicici non accedant ad canendum sine sua licentia, ut præter Decretum, quod refert Nicol. in *fosc. verbo Musica,* contra edictum Episcopi Aquilani talia prohibentem rescripsit Sac. Congreg. Episcop. & Regular. 2. Decembris 1695. referente *clar. mem. Card. Petrucci.*

20. **DI PAROLE LATINE.** Vigore Decreti Concilii cap. 8. *sess. 22. de celebrat. Miss.* non obstante quacumque contraria consuetudine poterit Episcopus prohibere, ne in Ecclesiis, & Oratoriis publicis canatur Musica lingua vernacula, quantumvis cantiunculæ, & verba spiritualia sint, ut censuit Sac. Congr. *Rituum in Hispalen. 3. Septembris 1695. & 24. Novembris 1696.* referente *Eminentissimo Dom. Cardinali Colloredo* in responsione ad quar-

quartum, quia cantus, hujusmodi est contra Ritus Ecclesiæ.

21. ANCHE DELLA SCOMMUNICA. Laicum percutientem in Ecclesia injuriosè alium Laicum alapa incurere excommunicationem minorem declaravit Sac. Congreg. Immunit. in Nullus 26. Junii 1628. lib. 1. Decret. Pauluc. fol. 97. à tergo.

Edicti de vita, & honestate Clericorum.

FORMULA IX.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus debet Clericorum excessus punire.
- 2 Episcopus potest Presbyteris in Civitate Vestem talarem, & Clericis in functionibus Ecclesiasticis præscribere, non obstante locorum paupertate.
- 3 Clerici non debent deferre ornamenta vana, quibus Laici utuntur.
- 4 Clerici debent deferre Tonsuram, & coronam Clericalem, aliàs si sint in Sacyis, vel Beneficiati, peccant mortaliter.
- 5 Clerici arma non deferunt propter periculum, quo se exponunt evadendi irregulares, & si deferant peccant.
- 6 Clericis de jure prohibetur ludus Alearum.
- 7 Clerici non debent incedere cum larva. Episcopus etiam Regularibus prohibere potest ne incedant larvati, ibid.
- 8 Clerici non debent ducere Choreas, nec illis interesse.
- 9 Neque cohabitare cum mulieribus, nisi sint consanguineæ in primo, & secundo gradu, immò neque cum his quando sunt suspectæ, & n. 10.
- 11 Neque actionem criminalem in foro Laicali instituire sine Episcopi venia.
- 12 In civilibus, neque examen, neque iuramentum subire in foro Laico debent sine Episcopi licentia.

- 13 Clerici Sacerdotes ante Missæ celebrationem Tabacum sumere non debent.
- 14 Clerici utentes paramentis laceris, & notabiliter immundis in celebratione Missarum peccant mortaliter.
- 15 Presbyteri debent quotidie celebrare, vel saltem diebus Dominicis, & festis solemmibus: qui autem ter, vel quater in anno non celebrat, peccat, & potest puniri.
- 16 Clerici non debent se immiscere negotiis secularibus.
- 17 Quæ sint Officia Clericis inconuenientia, n. 18. 19. 20. 21. 22.
- 23 Clerici beneficiati non incedentes in habitu talari privantur ipso jure Beneficiis.
Constitutiones Apostolicæ non abrogantur per non usum, ibid.
- 24 Clerici retinentes arma prohibita, quæ poena puniantur.
- 25 Poenæ Episcopo arbitrariæ non extendendæ ad excommunicationem, nisi in gravissimis causis.
- 26 Poenæ Carceris Clericis non est infligenda, nisi in gravibus, quia sanctam onerat, & affert injuriam.
- 27 Episcopus non debet procedere ad capturam Clericorum, nisi in delictis famosis.
- 28 Carcer de jure canonico datur in poenam, & licet ad custodiam fuerit inventus, secundario poenam infert. Carcer formalis, si delictum non est grave, non debet esse diuturnus, ibid.
- 29 Carceratus quis dicitur, qui habet Domum, vel alium locum pro Carcere.
- 30 Habilitatus à Carceribus cum fidejussione se præsentandi, debet relaxari liberè.
- 31 Dilatio concessa reo redeundi ad Carceres non inducit novationem respectu fidejussoris illum repræsentandi.
- 32 Mandatum de Carcerando, quando possit ab Episcopo relaxari ante Processum informativum.
- 33 Mandatum de carcerando non debet exequi contra Clericos, quando processionaliter incedunt, vel paramon-

- tis Sacris sunt induti etiam extra Ecclesiam.*
Amplia favore Confratrum, qui Sacco induti gregatim, & processionaliter incedunt. ibid.
- 34 Clericus damnatus ad perpetuum Carcerem non remanet privatus Beneficium, si de hoc in sententia mentio expressa non fiat.
- 35 Carcer inducit metum cadentem in constantem virum.
 Clericus renuncians in Carceribus privilegium Clericalibus potest habitum reassumere absq; licentia Episcopi, ibi.
 Clericus renuncians Beneficium Ecclesiasticum in Carceribus, renunciatio habetur pro non facta, quamvis
- Carceratio esset iusta, ibid.*
- 36 Regulares offendentes Officiales efficiuntur illius fori.
- 37 Episcopus delicta Clericorum non relinquit impunita, quia qui negligit emendare quod valet, facientis culpam habet.
- 38 Odio habenda sunt peccata, non homines, corripiendi sunt tumidi, tolerandi infirmi.
- 39 Clerici duo profitentur, sanctitatem, & Clericorum; primum propter se, secundum propter populum.
- 40 Clerici non debent contemnere vincula Ecclesiastica, quia non est homo, qui ligat, sed Christus, quem habebunt ultorem.

N. Episcopus N.

Non vi è cosa, ch'impedisca tanto tenacemente nel popolo la riforma de' costumi, e degli abusi introdotti, quanto il mal esempio degli Ecclesiastici. Che però riflettendo Noi all'obligatione ch'abbiamo di togliere dal nostro Clero (per quanto è possibile dal canto nostro) e tener lontane da esso quelle attioni, che possono dare occasione a laici, e persone pie di scandalo, e di mal' esempio, e per non dover Noi render conto a S. D. M. delle colpe, e trasgressioni degli Ecclesiastici *dissimulate, e neglette*, ordiniamo, e comandiamo.

1. Che tutt'i Sacerdoti, Beneficiati, Portionarii, Canonici, Dignità, Prebendati, Parochi, e Curati di questa Città, e di Terre, e luoghi riguardevoli della Diocesi portino sempre con Collare, e Manichetti *la Veste talare* decente, & i Chierici non Beneficiati, come anche li Sacerdoti de' luoghi piccoli della Diocesi nelle funzioni pubbliche Ecclesiastiche, e nella celebratione della Santa Messa rispettivamente, eccettuate le Chiese di Campagna.

2. Che la Veste curta Clericale, che dovranno gli Ecclesiastici tutti portare nel tempo, luogo, & occasione loro permessa tanto nella Città, quanto in ogni altro luogo della Diocesi sia tale, che cuopra totalmente il ginocchio, e che non appariscano i vestimenti di sotto, modesta, e chiusa da ogni parte, con le maniche non divise nè aperte secondo la moda secolare, ma lunghe, e strette fino al polso, e sempre con essa portino Collare, e Manichetti.

3. Che gli abiti, che si portano sotto la Veste Clericale, o di sopra in occasione d'andare in Campagna, o di far viaggio, siano di color scuro, e modesto, senza ornamenti vani, e proprii de' laici.

4. Che nessuno Sacerdote, nè Chierico di qualunque conditione si sia porti Perucca, o siano capelli finti posticci, ma i proprii capelli naturali *colla debita tonsura, e chierica patente* della grandezza conveniente all'Ordine, secondo che viene prescritto dal Pontificale Romano, e da Sacri Canonici, & a quei Sacerdoti, che non porteranno la Chierica, non si dia nelle Chiese da Sagrestani il comodo di celebrare.

5. Che non portino sotto qualsivoglia pret esto, nè in qualsivoglia tempo nè luogo

go armi di nessuna forte, nè pure per causa di viaggio, nè per uso di Caccia, senza nostra licenza, la quale concederemo secondo la disposizione de Sacri Canon, essendo le armi degli Ecclesiastici, l'orazione, e le lagrime.

6. Che non giuochino a carte, o dadi, nè altri giuochi proibiti da Sacri Canon, e se vorranno per sollievo del corpo tal volta ricrearsi con altri giuochi honesti, e leciti per qualche hora del giorno, lo facciano in luogo ritirato, e lontano dalla vista del popolo, e del publico.

7. Che non vadano in tempo di Carnevale, nè in altro tempo di giorno, nè di notte mascherati.

8. Che non intervenghino à balli, e veglie publiche, o festini, nè meno ad altri spettacoli dove intervengano Donne, o Buffoni.

9. Che non vadano all'Osterie, Bettole, e Cantine per bere, o mangiare, se non in occasione di viaggio, e fuggano le Crapule.

10. Che non ritengano, nè cohabitino con Donne di qualsivoglia età, che non siano loro parenti in primo, o secondo, o pure affini in primo grado, senza nostra espressa licenza.

11. Che non vadano di notte vagando se non per urgente loro bisogno, & in tal caso portino la lanterna accesa.

12. Che non facciano l'ufficio di Padrino nel Battesimo, o nella Cresima se non in caso di necessità, e senza nostra licenza espressa.

13. Che non diano querele, nè accuse in cause criminali, nè si esaminino per qualunque altra causa benchè civile, nè facciano oblighi di forte alcuna nel foro laicale senza nostra licenza.


14. Che li Sacerdoti non prendano prima della celebratione della Messa il Tabacco, per il cui uso, o più tosto corruttela spesse volte restano macchiati i corporali, che servono immediatamente al divinissimo pane Eucaristico.

15. Che non celebrino la Santa Messa con paramenti laceri, macchiati, & immondi; ma avvertano, che quelli siano intieri, e decenti conforme dispone la Rubrica del Messale, e di celebrare con divota gravità, & edificatione degli astanti, e con puntuale osservanza delle Sagre Cirimonie, non mancando di celebrare almeno le Domeniche, e tutte le feste solenni dell'anno.

16. Che non s'ingeriscano negli affari del Publico, e negli Affitti de terreni, o gabelle de laici, nè in altri traffichi, e negozii proibiti da Sacri Canon agli Ecclesiastici, e non s'impieghino in ufficii vili, abbierti, & inconvenienti alla sublimità, e santità del Carattere.

17. Che nel parlare, conversare, e trattare sostengano la dovuta modestia, e saviezza, e non aviliscino mai con attioni, o parole scomposte, & immodeste il decoro, e la stima del loro grado.

Poiche contro quelli, che contraverranno ad uno, o più degli ordini di sopra espressi, procederemo all'esecutione delle pene tassate, e prescritte da Sacri Canon, Decreti, e Constitutioni Apostoliche, ed altre ad imponsi da Noi à nostro arbitrio, o della Carcere ex sola informata conscientia. Et il presente affisso, e publicato, che sarà ne' luoghi soliti, vogliamo che serva per prima, seconda e terza monitione. Dato &c.

N. Vescovo N.
Luogo  del Sigillo.
Monacelli Form. Pars I.

N. Cancelliere Episcopale.
L 3 AD-

ADNOTATIONES.

**1 DISSIMULATE, E NE-
GLETTE.** Episcopus, qui
dissimulat peccata Clericorum, & illos
punire negligit, tenetur reddere rationem
Deo in die ultionis, ut habetur expressè
*in cap. negligere 2. qu. 7. cap. præterea 23.
qu. 8. cap. Ephesius 43. dist. cap. ut famæ tuæ
de Sent. Excom. cap. cum in cunctis, §. Cleri-
ci de elect. cap. ut Clerici, §. ne vero de vit.
& honest. Cler. cap. irrefragabili de Offic. Or-
dinar. Concil. Trid. sess. 6. cap. 3. & sess. 24.
cap. 4. de refor.*

2 LAVESTETALARE. Po-
test Episcopus de jure Clericis Vestem ta-
larem præscribere, ipsique eam tenentur
deferre, ex Text. *in cap. penult. 23. dist. c.
Episcopi, & cap. sine ornatu 21. quæst. 4.
clem. 1. de vit. & honest. Cleric. Concil. Me-
diol. 1. part. 2. tit. de Cleric. Vest. Concil.
Trid. sess. 14. cap. 6. & sess. 22. cap. 1. de re-
form. & præsertim Sacerdotibus commo-
rantibus in Civitate, qui continuè illam
gestare debent, ut probavit Sac. Congr.
Concilii in Hortana 8. Julii 1690. aliis au-
tem quibuscunque Clericis hoc idem in-
jungere in functionibus Ecclesiasticis non
obstante exiguitate, sed paupertate loco-
rum, sic respondit eadem Sac. Congr. in
Comen. Edicti 4. Aprilis 1693. & in Vigi-
lien. Synodi in Congregatione Deputata 20.
Maii 1699. in responsione ad quintum, &
secuta est Sac. Congr. Episc. in Ferentina
22. Maii 1699.*

3 ORNAMENTIVANI. Non
decent Clericos ornamenta vana, quia
Canone prohibentur, *cap. 1. & 2. & cap.
præcipimus 21. quæst. 4. cap. Clerici officia
de vit. & honest. Cleric. clem. 1. eod. tit. Con-
cil. Trident. sess. 14. cap. 6. de reform. Neque
laicum in veste æmulari, quia habitus
Clericorum non debet esse communis cum
illis, quibus sæculares utuntur Piasec. prax.
Episcop. part. 2. cap. 3. art. 2. nu. 24. vers.
quis autem.*

**4 COLLA DEBITA TONSU-
RA, E CHIERICA PATENTE.**
Præcipuum requisitum Clericorum est,
tonsuram, & coronam deferre in signum
regni, quod in Christo expectatur, de

quo passim Canones loquuntur, *ut in cap.
prohibita, & cap. penult. 23. dist. cap. duo
sunt 12. quæst. 1. cap. si quis ex Clericis, &
cap. Clericus de vit. & honest. Cleric. Concil.
Mediol. 1. part. 2. tit. de Cleric. vest. & si
Sacris Ordinibus initiati, vel Clerici
etiam in minoribus Beneficiati, illam non
deferant, eos peccare mortaliter firmant
Abb. in cap. si quis de vit. & honest. Cleric.
Bonac. de Sac. Ordinibus disput. 8. punct.
ult. num. 2. Sperell. decis. 66. nu. 12. & alii
ab eis allegati.*

5 ARMI. Clerici arma non deferunt
propter periculum, quo se exponunt, eva-
dendi ex illorum usu irregulares, & quia
hujusmodi delatio est contra spiritum leni-
tatis, *cap. 1. cap. cum à Judæis cap. non pi-
la, cap. Clerici cap. quicumque 23. quæst. 8.
cap. 2. de vit. & honestat. Cler. cap. in audien-
tia de Sentent. excom. clem. 1. in fin. de vit.
& honest. Cler. & de hoc latius dicam infra
in tit. de licentiis, & permis. aliàs peccare
mortaliter firmat Graff. dec. aur. part. 2.
lib. 3. cap. 7. num. 2. & 7. & par. 1. lib. 2.
cap. 121. num. 5.*

**6 NE ALTRIGIUCHI PROL-
BITI.** Aleorum ludus est Clericis veti-
tus, quia inde oritur corruptio bonorum
morum, enervatio disciplinæ, malum
exemplum laicorum, Dei nominis in va-
num invocatio, blasphemia, avaritia,
furtum, deceptio, desperatio, rixa, &
aliorum malorum strues: & ideo ludus
iste semper fuit à Sac. Conciliis constanter
damnatus, *Concil. Constantinop. 3. cap. 50.
cap. 1. dist. 35. cap. penult. de vit. & honest.
Cler. cap. inter dilectos de excess. Prælat.
Concil. Trid. sess. 22. cap. 1. & sess. 24. cap.
12. de reform. & tanta execratione, quod
possunt Clerici Beneficiati si tali ludo pu-
blicè incumbant, privari Beneficiis, &
aliis etiam pœnis affici, ut videri pote-
rit apud Pignatell. consult. 93. tom. 6. num.
28. & seqq.*

7 MASCHERATI. Non debent
Clerici incedere cum larva, quia qui
hoc facit lethalis culpæ reus est, ut te-
nent Angel. verb. ludus num. 2. Bonacin.
de rest. in gener. disp. 2. quæst. 3. punct. 1. n.
17. Si enim iste usus larvarum in laicis est
improbatus, Si dicit Raynald. observat.
crim. tom. 2. cap. 18. §. 33. & 34. num. 12. &
seqq.

sequ. quid dicendum in Clericis ; quibus à Sacris Canonibus expressè vetitum est , prout non obscure habetur in cap. cum decorem de vit. & honest. Cleric. cap. nullus 44. dist. cap. nullus de consecr. dist. 5. & hinc est , quod talis prohibitio potest ab Episcopo extendi etiam ad Regulares ; sic laudando Episcopum Ferrariensem respondit Sacr. Congreg. Episcop. & Regular. 5. Februar. 1585.

8. **A BALLI, E VEGLIE PUBBLICHE**. Choreas ducere , nec in loco ubi ducantur , sive aliis profanis spectaculis interesse non debent Clerici , cap. his igitur 23. dist. cap. non oportet de consecr. dist. 5. Sacr. Congreg. Episcop. in mox citata Ferrariensis . & ratio hujus prohibitionis est , quia qui Christi sunt , carnem suam crucifigere debent cum vitiis , & concupiscentiis , ut monet Apostolus Galat. 5. se abstinere à crapula , propter quam multi obierunt , qui autem abstinens est adjiciet vitam , Ecclesiast. cap. 37. versic. 34.

9. **CON DONNE** . Permittitur Clericis cohabitare cum Mulieribus Consanguineis in primo , & secundo gradu , & affinis in primo , prout sunt Mater , Soror , Amita , & Uxor Fratris , quia hæc regulariter à jure non reputantur suspectæ , cap. interdixit dist. 32. cap. 1. & per tot. de cohab. Cleric. & mulier. cap. oportet. cap. Clerici cap. volumus , & cap. feminas 81. dist.

10. Si verdè etiam hæc essent suspectæ , vel haberent pedissequam , tunc neque cum his cohabitare permittitur sine licentia Episcopi , qui ponderatis circumstantiis , illam concedet , vel denegabit , Nicol. lucubrat. canon. lib. 3. tit. 2. de cohabit. Cler. num. 1. Panimol. decis. 38. num. 27. & melius dicam infra in tit. de licentiis .

11. **NON DIANO QUERELE** . Clericus actionem criminalem de delicto , quod mortem , vel mutilationem membrorum mereatur , sine peccato , & irregularitate in foro laicali instituere non potest , ex cap. prelati de homicid. in 6. cujus dispositio licet non habeat locum , quando Clericus injuriam sibi , vel suis illatam in judicio prosequitur , præmissa protestatione , quod reus puniatur citra

pœnam sanguinis , ut volunt Genuen. prax. cap. 41. num. 8. Sayr. de censur. libr. 6. cap. 18. nihilominus hoc facere non debet absque sui Episcopi permissione , etiam in causis , in quibus pœna sanguinis non irrogatur , quia adhuc in his protestatio requiritur , juxta opinionem Raynald. observat. crimin. tom. 1. cap. 10. num. 81.

12. In Civilibus autem , nec juramentum dare , neque examen subire debet in eodem foro laicali absque licentia Episcopi , (de qua infra) cap. testimonium cap. nullus 11. quæst. 1. cap. his quibus 23. quæst. 8. cap. si diligenti de for. compet. cap. Sententiam ne Cleric. vel Monac. v. quamquam 14. quæst. 2.

13. **IL TABACCO** . Prohibitio hujusmodi non est à Sacerdotibus parvifacienda , quia magnificet Santissimus Præsul B. Turribius , qui in Concilio Provinciali Limensi hæc mandavit -- prohibetur sub reatu mortis æternæ Presbyteris celebraturis , ne tabacchi fumum ore , aut tabacchi pulverem naribus etiam prætextu medicinæ ante Missæ Sacrificium sumant : Non igitur videtur transgressio levis illa , quæ juxta Beati viri sententiam culpam potest inferre dignam morte æterna .

14. **DISPONE LA RUBRICA** . Rubrica generalis Missalis titul. de præparat. Sacerdot. celebrat. quæ disponit , quod Paramenta non debent esse lacera , aut scissa , sed integra , & decenter munda , non est purè doctrinalis , & instructiva , sed præceptiva , juxta dispositionem Can. 19. Concil. 4. Lateranens. Unde advertant Sacerdotes , quod illa sint integra , & decenter munda ; quia si essent lacera , non essent amplius apta ad usum sacrum , quia amiserunt benedictionem ; & quod sint nitida , aliàs qui utitur paramentis notabiliter immundis , peccat mortaliter , capit. omnis de consecr. dist. 4. Bishierurg. part. 2. verb. paramenta sacra n. 28. §. 1. & 5.

15. **LE DOMENICHE , E TUTTE LE FESTE SOLENNI** . Sacerdotes juxta Venerab. Bedæ effectum melius esset , ut quotidie celebrarent ; & juxta commonitionem Concilii Trident. sess. 23. cap. 14. de reform. saltem diebus Dominicis ,

eis, & festis solemnibus, ut hoc præscribitur in Edicto. At qui sine iusta causa ter, vel quater in anno non celebraret, cum peccet mortaliter, posset ab Episcopo, Decreto Synodi, aut aliàs monitione præmissa etiam per Edictum, pœna multari, & puniri, ut per Text. in cap. si non frequentius de consecr. dist. 2. probant Graff. decis. aur. part. 1. lib. 2. cap. 39. n. 3. Bonac. de Sacram. Euchar. disput. 4. quæst. ultim. punct. 7. num. 1. & 2. Tambur. de jur. Abbat. tom. 2. disp. 5. n. 1. & admisit Sac. Congreg. Concil. in Tortonen. de mense Novembr. 1696.

16. **E NEGOZII PROHIBITI.** Nemo militans Deo implicat se negociis sæcularibus, inquit Apostolus 2. ad Timoth. cap. 3. & ideo Sac. Canones prohibent Clericis negotiationes, cap. Clerici de vit. & honest. Cleric. cap. consequens est, cap. negociatorem 88. dist. cap. 1. & cap. secundum instituta ne Cleric. vel Monac. clem. 1. in fin. de vit. & honest. Cler. Quæ autem dicantur negocia licita, vel illicita, enumerat Pignatell. consult. 34. n. 19. tom. 2. ubi plura Decreta de more refert.

17. **INCONVENIENTI.** Officia, & ministeria Ecclesiasticis inconvenientia plura sunt, puta Cauponam, Macellum, Furnum, vel Nuncium exercere: propter quæ exercitia nisi moniti desistant Clerici, possunt privilegiis Clericalibus privari, & si Sacerdotes sint ab Altari, & ordine suspendi Nicol. lucubr. can. lib. 3. tit. 1. de vit. & honest. Cleric. n. 33. pag. 119.

18. Est quoque Clericis interdictum officium, & exercitium Tabellionatus, quia sapit negociationem; præsertim constitutis in Sacris, vel Beneficiatis, qui habent unde vivere, ut plenè probat Fagn. in cap. sicut te ne Cler. vel Monac. n. 25.

19. Exercentes munera sæcularia in quibus sit iudicium sanguinis, ipso iure privantur Beneficiis, & Pensionibus, quamvis Sententiam sanguinis actu non tulerint, sed potentia, & habitu potuissent; Majol. de irregular. lib. 2. cap. 6. n. 2. & 5. Franc. Maren. decis. 396. per rot. par. 2. Rot. in Roman. Pensionis 15. Junii 1668. coram Albergato, & decis. 279. num. 4. p. 16. recent.

20. Inhabiles sunt ad exercendam Tutelam Testamentariam, & Dativam, Mart. vot. Pisan. 139. Rot. decis. 116. n. 18. part. 4. tom. 2. rec. & coram Coccin. decis. 523. num. 3. Sac. Congreg. Episcop. in Salernitana 14. Junii 1619.

21. Non sunt admittendi ad officia publica Civitatis, aut loci, cap. Sacerdotibus ubi glos. ne Cler. vel Monac. clem. unic. de vit. & honest. Cler. Ricc. in prax. par. 2. ref. 413. Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 6. Paris. de confid. quæst. 9. num. 35. & seqq. Quicquid sit de Clericis Conjugatis habentibus requisita cap. unic. de Cleric. conjug. in 6. qui, etsi debeant & hi abstinere, adhuc admittuntur ad concilia publica, & ad officia, de quo vide Pignatell. consult. 42. num. 16. & consult. 69. n. 7. tom. 2. ubi quod debent admitti ad votandum, sed non ad exercendum officia, ut fusiùs dicam in Appendice.

22. Est quoque Clericis, & præsertim Sacerdotibus, inconveniens, quod inservantur laicis in officiis vilibus Domus, sæminifque nobilibus ancillentur, ac obsequia præstent, ac si essent homines infirmæ conditionis, contra quos exclamabat tempore suo Felin. in cap. 1. de major. & obed. & hodiè increpat fluendo Sedes Apostolica per organum Sac. Congr. Episcop. litteris Enciclicis sub datum Romæ 16. Martii anni 1697. unde Episcopi curare debent, ut ab his abstineant, & abusus tollatur.

23. **DECRETI, & CONSTITUTIONI APOSTOLICHE.** Vigore Constitutionis Apostolicæ privantur ipso iure Beneficiis, & Pensionibus absque monitione Clerici Beneficiati, non incedentes in habitu talari, & tonsura, adeo ut eorum Beneficia tamquam vacantia possint impetrari; sic sancivit Sixtus Quintus sua Constitutione impressa in Bullar. novo la 92. & tradunt Bellett. disquis. Cler. c. part. 1. tit. de favor. person. Cler. §. 8. numer. 7. Sperell. decis. 66. num. 20. 21. & seqq. contra quam objici non potest de inobservantia, quia Constitutiones Apostolicæ non abrogantur per non usum sed est necessaria scientia Papæ, vel alia Bulla moderatoria, Rot. coram Cavaler. decis. 91. n. 6. 7. & 8. & decis. 111. num. 1. & 2.

24. Item.

24. Item Clerici retinentes, vel defentes arma prohibita, poterunt in Statu Ecclesiastico puniri ab Episcopo citrà pœnam sanguinis vigore Constitutionum Apostolicarum Pii IV. la 49. & Pii V. la 145. Bullar. tom. 2.

25. A NOSTRO ARBITRIO. Hoc arbitrium in imponendis pœnis, debet esse regulatum à jure, & moderatum, & numquam debet extendi ad excommunicationem nisi in gravissimis causis, ut respondit Sac. Congreg. Episcop. Episcopo Cavæ 10. Decembris 1617. sed pœnis Sacerdotum Canonum se conformare, nisi gravitas criminis, conditio inquisiti, loci qualitas, frequentia, & occasio delinquendi contrarium non suadeant, Sacra Congreg. Episcop. in Ruben. 5. Februar. 1616.

26. O DELLA CARCERE. Pœna excommunicationis (ut mox dixi) pro gravissimis, Carceris verò non nisi pro delictis gravibus in Tribunali Episcopi regulariter imponenda non est: quia illa separat hominem à Deo, Satanæ tradit, & fidelium consortio privat, Graff. decis. aur. part. 1. lib. 4. cap. 1. num. 30. Lazar. quæst. canonic. sem. 1. quæst. 12. num. 11. hæc autem affert injuriam, famam onerat, & irreparabile gravamen infert, Ricc. decis. 182. num. 7. par. 2. Cyriac. contro. 172. n. 5. cum seqq.

27. Rarò igitur, & in delictis famosis, & casibus, qui scandalum gignunt, ad capturam procedatur; nec decipi Episcopus permittat ab axioma in omnium Criminalistarum ore posito, quod scilicet Carcer ad custodiam, & non ad pœnam detur laut. damn. §. solent, & l. credible, Cod. de pœn. Quia hoc dicitur (quicquid sit de jure civili, & in causis civilibus) tantum probat, quod Carcer debet esse talis, ut præter fidam custodiam carcerati, nihil inde mali liberati reportent, l. 1. Cod. de custod. reor. Graff. decis. aur. part. 1. lib. 3. cap. 5. num. 128.

28. Cæterum de jure Canonico Carcer datur in pœnam, cap. quamvis de pœn. in 6. & multoties etiam in foro sæculari, ut testatur Raynald. observ. crimin. tom. 1. cap. 1. §. 11. num. 105. & cap. 2. §. 4. num. 13. & quamvis principaliter Carcer fuerit inventus ad custodiam, pœnam tamen infert

secundariò, quia carceratus præter damnata supra enarrata luit etiam in corpore; & propterea quando delictum non est grave, Carcer formalis non debet esse diuturnus, Nicol. in floscul. verb. Carcer numer. 3.

29. Quis autem dicitur carceratus non solum quando sub clave in Carcere formali, & arcta custodia detinetur, sed etiam si retineat Domum, vel Civitatem pro Carcere, adeo ut si aufugiat ad Ecclesiam fidejussor teneatur ad pœnam promissam, Pignatell. consult. 20. num. 1. & 2. tom. 6. nisi reus injustè fuisset carceratus, quia tunc impunè potuisset aufugere, ut auctoritate Honded. conf. 93. lib. 2. nixus, firmat Panimol. decis. 121. num. 22.

30. Et hinc emergunt duæ juris propositiones. Una quòd, si carceratus per viam recursus obtinisset à Superiore habilitari à Carceribus, data fidejussione de se repræsentando ad omne Judicis mandatum, non potest inferior illum à Carceribus relaxare cum restrictione habendi Domum, vel alium locum pro Carcere, sed debet data fidejussione eum liberè habilitare, ut rescripsit Sac. Congreg. Episcop. in Tranen. 8. Augusti 1698.

31. Altera quòd, si reo concedatur dilatio redeundi ad Carceres, & postea aufugiat, non per hoc dicitur facta novatio, sed fidejussor tenetur illum in Carceribus repræsentare ad mandatum Judicis, Raynald. observ. Crim. tom. 1. cap. 3. §. 2. n. 131. Sac. Congr. Episc. in Fanen. 21. Novembris ejusdem anni, referente in utraque clar. mem. Card. Petruccio.

32. Mandatum autem de carcerando regulariter loquendo non debet relaxari ante processum informativum, & nisi præcedant indicia delicti, Nicol. in floscul. verb. carcer. num. 7. At si periculum est in mora, & adest suspicio fugæ, arbitrium est Judici à captura incipere, etiam antequam constet de delicto, ut de universali contuetudine testatur Raynald. observ. crim. tom. 1. cap. 2. §. 4. n. 108. quod maxime procedit in foro Ecclesiastico, si agatur de crimine incontinentiæ; Nam vigore Decreti Concilii sess. 25. capit. 6. & 14. de Reformation. -- Poterit Episcopus contrà eos procedere, etiam in car-

carcerando, quando timetur de fuga, juxta traditam formam in cap. 6. hujus sess. absque monitione, sine strepitu, & figura iudicii, & sola facti veritate inspecta sunt verba Concilii.)

33 Hoc mandatum exequi non debet contra Clericos, quando incedunt processionaliter cum Cotta parati, vel aliàs induti sint paramentis sacris pro alia functione, quia tunc gaudent immunitate, etiam extra Ecclesiam, aut alium locum immunem, nec capi possunt, neque de mandato Episcopi, Nicol. lucubr. Civil. lib. 1. cap. 8. de Immunit. Eccles. num. 35. vers. Amplia, ubi hoc privilegium extendit ad Confratres Laicos, qui sacco induti gregatim, & processionaliter incedunt.

34 Nota, quod Clericus damnatus ad perpetuum carcerem, non remanet privatus Beneficii, si de hoc in sententia mentio expressa non fiat, sic probat Tondut. quest. Benefic. tom. 1. part. 1. cap. 27. num. 25.

35 Secundò, quod Carcer inducit jussum metum cadentem in constantem virum: Undè si Clericus in Carceribus detentus, aut in alio loco, quem teneat loco Carceris, renunciat privilegiis Clericalibus, aut Beneficio, poterit habitum reassumere Clericalem sine licentia Episcopi, & jura ad Beneficium renunciatum, non obstante Decreto acceptationis; quia hujusmodi renunciatio tamquam metu Carceris facta pro nulla habetur, l. qui in Carcerem, ff. quod met. caus. & bis declaravit Sac. Congr. Episcop. nempe in Aquipend. 18. Aprilis 1692. referente Card. Milino, & in Aversana 13. Junii ejusdem anni, ad relationem Eminentissimi Cardin. de Abdua: Quod est verum etiam si Clerici carceratio esset justa, ut observat Antonell. de loc. legal. lib. 2. cap. 37. nu. 19.

36 Tertiò, quod Regulares offendentes Ministros, & Officiales Episcopi possunt ab eodem carcerari, quia qui offendit Judicis familiam prorogat jurisdictionem illius, cujus Majestas in Officiali est læsa, & efficitur ejus Fori, Sperell. dec. 160. num. 41. & declaravit laudando mandatum Archiepiscopi Teatini Sac. Congr. Episcop. in Theatina 27. Martii 1692. ad relationem Card. Caraffæ.

37 His prænotatis licet difficile sit Clericos malos à bonis in hac vita sejungi, & quòd Episcopus facere possit, quod nec Apostolis concessit Dominus, cap. Quantus 23. quest. 4. Attamen quia jugum, & lorum curvant collum durum, Ecclesi. 33. delicta eorumdem impunita Episcopus non relinquit; Quia qui negligit emendare quod valet, facientis culpam habet, cap. facientis dist. 86. ut quos Divinus timor à malo non revocat, temporalis saltem poena cohibeat à peccato, cap. Cum in cunctis, §. Clerici sanè de elect.

38 Odio tamen habeantur peccata, non homines, corripiantur tumidi, & obstinati, tolerantur infirmi, & quod in delictis sæverius castigari necesse est, non sævientis plectatur animo, sed medentis, juxta monitum cap. Odio 86. dist. Ut cum Episcopus hæc fecerit, possit cum Antistite Tarsio Domino dicere -- Mundus sum à sanguine eorum, qui transgrediuntur Canonicas sanctiones, cujus Epistolæ tenor habetur post cap. Eos qui 1. qu. 1.

39 Clerici verò meminerint, quod duo profitentur, nempe Sanctitatem, & Clericatum: Primum propter se: Secundum propter populum, cui inserviunt, Concil. Aquisgranen. Can. 112. Et idèd Sacerdos dicitur Sacer Dux, Sacra dans, Sacra docens; quia debet ducere exemplo, docere verbo, & Sanctus Sacra aliis dare, ut Sancti fiant.

40 Non contemnat igitur vincula Ecclesiastica, quia non est homo, qui ligat, sed Christus, qui Episcopis hanc potestatem dedit, & Dominos fecit tanti honoris, ut inquit Papa in cap. Nemo 11. quest. 3. Parumque eis juvabit prece, vel pretio, fraude, vel amico humanum Episcopi vitare iudicium, quia Deum, quem habent Testem, ipsum habituri sunt & ultorem; & si in malo suo perseveraverint, ituri sunt in æternum, Deo retribuente, supplicium, cap. Porro 33. qu. 3. de pœnit. dist. 1.

Edicti concursus ad Parochialem.

FORMULA X.

SUMMARIUM.

- 1 Adcurfus Parochialis vacantis admittuntur exteri, possidentes aliud Beneficium.
- 2 Canonici Regulares non admittuntur sine dispensatione Apostolica, & num. 3.
- 4 Concurrentibus ad Parochialem po-

- test prorogari terminus usque ad viginti dies.
- 5 Examen concurrentium, si fiat pendente termino, erit nullum, si plures comparuissent, secus si unus approbatus tantum.
- 6 Dies certa examinis concurrentium debet assignari in edicto, alias deberent pro die certo denuo intimari, & numero 7.
- 8 Examen peractum concurrentium coram Examinatoribus non Synodalibus est nullum.
- 9 Qui dicit Examinatores non esse Synodales probare debet, quando tales Episcopus eos appellat, & tales se subscripserunt examini.

N. Episcopus N. five Vicarius Generalis N.

Vacante Animarum Cura Parochialis Ecclesie N. loci N. per obitum N. ultimi illius Possessoris, qui extra Romanam Curiam diem suum clausit extremum: Volentes Nos de idoneo Successore Curæ, & Ecclesie prædictæ ad formam Sac. Conc. Trid. & Constit. B. Pii V. providere, has edictales litteras in forma expediri, & ad valvas Ecclesie Parochialis vacantis, & Cathedralis affigi, & publicari mandavimus, quarum serie omnes, & singulos ad Curam prædictam sic ut supra vacantem concurrere desiderantes convocamus, requirimus, & monemus, ut in termino decem dierum à die affixionis præsentis computandorum, coram Nobis in hac Civitate N. compareant, dent sua nomina, & cognomina, & sese à nostro infra scripto Cancellario inter concurrentes adscribi, & adnotari procurent, nam termino elapso, die ... concursus adnotatorum coram Examinatoribus Synodalibus habebitur, idoneorique Cura prædicta conferetur. Datum &c.

N. Episcopus N. five Vicarius Generalis N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

PROVIDERE. Agitur in hac Formula de Parochiali vacante in mense Episcopi, ad cujus collationem liberè pertinet: Quando enim concursus erit intimandus pro Parochiali vacante in mense reservato Sedi Apostolicæ, vel cujus collatio inferiori pertineret, tunc utendum erit Formulæ infra dandis.

OMNES. Ad concursum Parochialium vacantium non tantum Diocesanis, sed etiam exteri invitantur, nisi adsit aliquod speciale privilegium (prout habent Cathalani) quod Beneficia non conferantur exteris, Sac. Congreg. Concilii apud Nicol. in flos. verb. Concursus, vers. Idem si non vocentur. Sicuti, & possidentes aliud Beneficium Curatum, qui debent admitti, Nicol. ibid. Garz. de Benef. par. 9. cap. 2. num. 208. & 209. Corrad. prax. Benefic. lib. 3. cap. 4. num. 12. quia soli Episcopi Matrimonium spirituale cum prima

chialium vacantium non tantum Diocesanis, sed etiam exteri invitantur, nisi adsit aliquod speciale privilegium (prout habent Cathalani) quod Beneficia non conferantur exteris, Sac. Congreg. Concilii apud Nicol. in flos. verb. Concursus, vers. Idem si non vocentur. Sicuti, & possidentes aliud Beneficium Curatum, qui debent admitti, Nicol. ibid. Garz. de Benef. par. 9. cap. 2. num. 208. & 209. Corrad. prax. Benefic. lib. 3. cap. 4. num. 12. quia soli Episcopi Matrimonium spirituale cum prima

ma Ecclesia contrahere. Parochi verò quasi contrahere dicuntur, Lancellot. *instit. Can. de postulat. tit. 8. §. Abbates*, ubi *Glof. verb. videatur*.

2. Non tamen admittuntur Canonici Regulares, qui non obstante dispositione *Text. in cap. quod Dei timorem de stat. Monach.* non admittuntur absque Sedis Apostolicæ Indulto, ut approbante Clemente X. declaravit *Sac. Congr. Episcop. & Regular. 18. Martii 1671.* & patet ex Decreto per extensum relato *in Appendice hujus Operis*.

3. An autem iidem Canonici Regulares possint præsentari ad Ecclesiam Parochialem vacantem juris patronatus, cum casus evenisset *in una Placentina presentationis*, opponentibus Presbyteris sæcularibus incapacitatem P. Archangeli de Georgiis Canonici Regularis Congregationis Sancti Salvatoris cumulativè præsentati, & proposito dubio *An P. Archangelus Georgius Canonicus Regularis Sancti Salvatoris, præsentatus ad Archipresbyteratum sæcularum cum Cura Animarum valeat institui absque Indulto Apostolico, & cum sola licentia ejus Generalis?* *Sac. Congregat. Concilii die 14. Novembris 1693.* respondit *Uniantur Decreta, & causa proponatur formiter auditis omnibus Procuratoribus Generalibus omnium Canonice Regularium, & interim cum Sanctissimo pro concessione Indulti ad favorem P. Georgii cum clausula, quatenus opus sit.* At de hoc iterum agam *in Appendice*.

4. **DECEM DIERUM.** Licet Concil. Trident. præfiniat terminum decem dierum, cum tamen hunc præcisè non assignet, sed arbitrio Episcopi relinquat, poterit esse longior, dummodò non excedat viginti dies, servata forma Constitutionis B. Pii V. in conferendis *la 33. Bullar. nov. tom. 2. Guar. de Benef. d. part. 9. & dicto cap. 2. n. 50. & 51.*

5. **TERMINO ELAPSO.** Si enim examen fieret pendente termino Edicti, concursus esset nullus, & approbatus in eo non posset obtinere, Rot. coram Seraph. *decis. 1148. num. 4.* Quod tamen intellige, quando intrà terminum plures comparuissent ad concursum, & non fuissent examinati: Secus autem, si intrà

terminum nemo alius comparuerit, quia tunc examen sustineretur, ut dixit Rot. *in Carthaginen. Parochialis*, quam refert Theod. Rub. *in suis singular. tom. 1. ad dec. Orani dec. 385.* ubi quod parti impugnanti validitatem concursus incumbit onus probandi adfuisse alios, qui concurrere volebant, & non fuerunt admissi.

6. **DIE . . .** Solent periti, & practici Episcopi de die certo examinis habendi in edicto, mentionem expressam facere, quia si dies certa pro examine non esset ibi determinata, illi, qui pro concursu comparuerunt, & se describi fecerunt, deberent denuò personaliter intimari, & eis dies examinis notificari, nec sufficeret Edictum, ut advertit Episcopus Ventrigl. *prax. part. 2. adnot. 5. §. 1. nu. 17.* Quæ intimatio, quoties casus contingat, poterit concipi modo sequenti.

7. *Intimetur omnibus, & singulis infra-scriptis, qualiter die . . . mensis . . . currentis anni in Palatio Episcopali, & coram Illustrissimo, & Reverendissimo Episcopo (seu Vicario Generali) ac RR. DD. NN. Examinatoribus Synodalibus examen concurrentium ad Ecclesiam Parochialem N. vacantem habebitur, ideò vocantur, requiruntur, & monentur omnes adnotati, ut adsint, & sese examini, dum velint, subiiciant, aliàs pro illis, qui aderunt, examen fiet. Datum &c.*

R. D. N. N.

R. D. N. N.

R. D. N. N.

N. Cancellarius Episcopalis.

8. **CORAM EXAMINATORIBUS SYNODALIBUS.** Si Examinatores non essent Synodales, idest in Synodo vera, & formali ad formam Concilii, & Decretorum Sac. Congr. legitime approbati, & electi, examen esset nullum, ex deductis à Garz. *de benefic. dict. part. 9. cap. 2. nu. 82. 83. & seqq. Ventrigl. prax. part. 2. adnot. 5. n. 34. & seqq.*

9. Hæc tamen qualitas Synodalitatis in Examinatoribus requisita, præsumitur intercedere, quando tales eos appellat

lat Episcopus, vel ipsi tanquam tales se subscripsissent examini: Unde qui impugnat concursus validitatem, quia negat in Examinatoribus hanc qualitatem, negativam probare tenetur, ex quo semper præsumitur pro actus validitate, ut in terminis probant Lotter. *de re Benefic. lib. 2.* *quæst. 31. num. 89. & 90. Barbof. supra Concil. num. 102. quos sequitur Ventrigil. loc. cit. num. 45. & etiam quia negativa formæ, seu qualitatis, semper fit probanda ab allegante, juxta doctrinam Glof. in cap. Accusator 6. quæst. 5. Ciarlin. contr. 213. num. 32.*

Edicti prorogationis concursus.

F O R M U L A X I.

N. Episcopus N. sive Vicarius Generalis.

VAcante Animarum Cura Parochialis Ecclesiæ N. loci N. nostræ Diœcesis per obitum N. ultimi illius Possessoris, qui ut Altissimo placuit die . . . se ab humanis separavit, Nos de idoneo Successore dictæ Ecclesiæ, & Curæ ad formam Concil. Trid. providere cupientes, die . . . currentis mensis pro concursu habendo Edictum cum termino decem dierum ad comparandum, nomina, & cognomina danda, expediri mandavimus. Nunc verò, ut omnes majorem notitiam habeant, dictum terminum ad alios decem dies proximos ab hodiè incipien. & ut sequitur finien. prorogamus, itaut à die primi Edicti viginti dies tantum numerentur ad formam Constitutionis B. Pii V. in conferendis. Ideò harum ferie & tenore omnes, & singulos sese examini subicere cupientes pro dicto concursu, requirimus, convocamus, & monemus, ut in termino sic prorogato coram Nobis in hac Civitate N. compareant in Actis nostræ Curæ, & sese ascribant, & adnotari faciant, quia termino elapso concurrentium examen coram Nobis, & Examinatoribus Synodalibus die . . . habebitur, digniorique Cura conferetur. Datum, &c.

N. Episcopus, sive Vicarius Generalis N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

Edicti concursus Parochialis vacantis in Mense Apostolico.

F O R M U L A XII.

N. Episcopus N. sive, &c.

VAcante Animarum Cura Parochialis Ecclesiæ N. loci N. nostræ Diœcesis per obitum N. illius ultimi Possessoris, qui diem suum clausit extremum de mense N. reservato Sedi Apostolicæ: Volentes, & cupientes Nos, ut de idoneo Successore Cura, & Ecclesia prædicta ad formam Sac. Concil. Trident. & Bullæ B. Pii V. provideatur, præsens Edictum expediri, & ad valvas Ecclesiæ Parochialis vacantis, & Cathedralis affigi, & publicari mandavimus, cujus vigore omnes,

omnes, & singulos ad Curam prædictam sic ut supra vacantem concurrere desiderantes, convocamus, requirimus, & monemus, ut in termino decem dierum à die affixionis præsentis computandorum coram Nobis in hac Civitate N. compareant, dent sua nomina, & cognomina, & sese ab infrascripto nostro Cancellario inter concurrentes adscribi, & adnotari procurent: Nam dicto termino elapso, die concursus adnotatorum coram Nobis, & Examinatoribus Synodalibus habebitur, & Nos ex approbatis, & idoneis magis idoneum per litteras testimoniales ad Datarium Sanctissimi D.N. Papæ, ad quem collatio pertinet, referemus. Datum, &c.

N. Episcopus N. sivè Vicarius Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

Edicti concursus Parochialis, cujus collatio pertinet ad inferiorem.

FORMULA XIII.

SUMMARIUM.

1 Edicta concursus Parochialis vacantis, cujus collatio pertinet ad infe-

riorem Prælatum, publicat Episcopus Diœcesanus, vel vicinior, si est nullus, & ex approbatis eligit digniorem.

2 Episcopus intra quatuor menses, personam electam Prælati inferiori significat.

Prælati inferior non potest alteri, quam præelecto ab Episcopo conferre, ibid.

N. Episcopus N. sivè, &c.

Vacante Animarum Cura Parochialis Ecclesiæ N. loci N. per obitum N. illius ultimi Possessoris, qui diem suum clausit extremum die . . . mensis . . . cujus collatio ad N. Abbatem N. ut asseritur pertinet. Nos volentes, & cupientes, ut de idoneo Successore Cura, & Ecclesia prædicta ad formam Sac. Concil. Trid. & Bullæ B. Pii V. provideatur, *has Edictales litteras* expediri, & ad valvas Ecclesiæ Parochialis vacantis, & Cathedralis affigi, & publicari iussimus, quarum serie omnes, & singulos ad Curam prædictam sic ut supra vacantem concurrere cupientes, convocamus, requirimus, & monemus, ut in termino decem dierum à die affixionis præsentium computandorum coram Nobis in hac Civitate N. compareant, dent sua nomina, & cognomina, & sese ab infrascripto nostro Cancellario inter concurrentes adscribi, & adnotari procurent: Nam dicto termino elapso, die . . . concursus adnotatorum coram Nobis, & Examinatoribus Synodalibus habebitur, & Nos ex ab eisdem approbatis, & idoneis magis idoneum per Nos electum pro collatione ad eundem Abbatem N. *tempore debito* mittemus. Datum, &c.

N. Episcopus, N. (sivè Vicarius Generalis)

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

AD-

ADNOTATIONES.

HAS EDICTALES LITTERAS. Edicta pro concursu habendo ad Parochiales vacantes, quarum collatio pertinet ad inferiores Prælatos Territorium distinctum, & omnimodam jurisdictionem quasi Episcopalem, & jus congregandi Synodum non habentes, debent publicari ab Episcopo, in cujus Diœcesi Parochialis existit, vel ab alio, qui est vicinior, si sit nullius, & coram eo concursus fieri: Ad ipsumque ex dignis digniorem eligere, & inferiori collatori pro institutione remittere spectat, ut pluribus Decretis Sacr. Congreg. Concilii, ac Rotæ decisionibus adductis fusè probat Garz. de Benef. par. 9. c. 2. n. 121. ad 140. quem sequitur Card. de Luc. de Paroch. disc. 35. num. 56. & disc. 37. num. 52. Corrad. prax. Benef. lib. 3. cap. 3. n. 7.

2 TEMPORE DEBITO. Debet Episcopus intrâ quatuor menses personam magis idoneam prævio concursu eligere, &

electam Prælato inferiori, aut Papæ quando istis collatio spectat significare, ut probat Barbol. de Offic. & Potestat. Episc. alleg. 58. num. 3. Prælati tamen inferior habita significatione, non poterit conferre alteri, quàm prælecto ab Episcopo, ut respondit Sacr. Congreg. Concilii in Burghi Sancti Sepulchri 15. Decembr. 1696. ad tertium.

Edicti in vacatione Ecclesiæ
Parochialis Jurispatro-
natus.

FORMULA XIV.

SUMMARIVM.

- 1** Concursus exigitur quando Parochialis vacans est Jurispatronatus Ecclesiasticorum.
Concursus non exigitur in Parochiali Jurispatronatus mixti, sed conferretur tamquam de more Laico, ibid.

N. Episcopus N.

UNIVERSIS, & singulis hoc præfens Edictum inspecturis, & audituris notum facimus, quod nuper vacante Parochiali Ecclesia N. loci N. per obitum N. ultimi, & immediati Rectoris ejusdem, comparuit coram Nobis N. Laicus asserens se Patronum, & habere Juspatronatus, seu esse in quasi possessione juris præsentandi Rectorem ad dictam Ecclesiam, quoties illam vacare contingat, & idem præsentavit Nobis in Rectorem N. petens eum à Nobis institui. Nos dictam præsentationem, sic coram Nobis factam de dicto N. infra tempus à jure Patronis Laicis datum ad præsentandum, de prædictis veram notitiam non habentes, admisimus, si, & in quantum. Quare tenore præsentis Edicti requirimus, & monemus omnes, & singulos aliquod jus, ut præsentantes, vel ut præsentati prætendentes in prædictis, vel contra dictam præsentationem, & personam præsentantis, seu præsentati opponere volentes, & quomodolibet sua interesse putantes, quatenus infra terminum novem dierum à die affixionis hujusmodi, quorum tres pro primo, tres pro secundo, & reliquos tres pro tertio, & ultimo peremptorio termino eis, & cuilibet ipsorum assignamus, comparere debeant coram Nobis ad opponendum, & allegandum quidquid opponere, & allegare voluerit, quare procedi non debeat ad prædictam institutionem, non obstante, quòd de tempore dato ad præsentandum, adhuc superfit. Et ut de præmissis nemo ignorantiam allegare valeat;

valeat, præfens Edictum ad valvas Ecclesiæ Parochialis vacantis, & Cathedralis affigi, & publicari iussimus. Datum &c.

N. Episcopus N. (five Vicarius Generalis)

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIONES.

LAICUS. Si Juspatronatus non esset Laicum, sed Ecclesiasticum, tunc esset publicandum Edictum concursus ad formam Concilii, prout declaravit Sac. Congregat. Concilii apud Corrad. prax. Benef. lib. 3. cap. 3. num. 5. vers. Quo vero. At si ageretur de Juspatronatus mixto, tunc pariter provisio esset facienda tanquam de mere Laico, ut reprobat Ricc. in prax. For. Eccles. tom. 1. resol. 368. & Adden. ad Gregor. dec. 394. num. 5. ac recentiori Decreto Sac. Congreg. Concilii allegato probat Corrad. loco mox citato.

Edicti affictus Bonorum Ecclesiæ.

FORMULA XV.

SUMMARIUM.

- 1 In locatione bonorum Ecclesiæ non exigitur Beneplacitum Apostolicum, si sint parvi redditus, quamvis fiat ultra triennium.
- 2 Neque in locis, ubi adest consuetudo locandi bona ad novennium.
- 3 Neque in locatione commoditatis percipiendi fructus Beneficii.
- 4 Locationes bonorum locorum piorum debent fieri præcedente Edicto.
- 5 Locationes bonorum loci pii melius est, quod fiant receptis oblationibus, quam per extinctionem candleæ.
- 6 Affictus debet deliberari non plus offerenti, sed qui meliorem conditionem facit.
- 7 Oblatio major post lapsum termini, &

- conclusionem affictus, vel alienationis, an, & quando sit admittenda discutitur à num. 8. ad 9.
- 10 Officiales locorum piorum, qui habent liberam administrationem, valide contrahunt absque licentia Episcopi, quoties contractus fiant bona fide publice, & palam, num. 11. & 12. Superfluum est precibus postulare, quod lege permissum est, ibid.
- 13 Officiales locorum piorum, qui contrahunt contra prohibitionem Episcopi absque utilitate Ecclesiæ, possunt ab officio removeri, & multa puniri.
- 14 Alienationes, & venditiones pignorum non debent fieri diebus Festis sine licentia Episcopi, qui illam concedere debet pro pagis, & locis parvis.
- 15 Melioramenta facta super bonis Ecclesiæ nulliter alienatis, non debent refici de jure.
- 16 Secus de æquitate quando augent valorem rei.
- 17 Alienatio, seu Investitura bonorum Ecclesiæ facta consanguineis Reſtoris alienantis, si est facta bona fide, & palam cum utilitate Ecclesiæ, tenet, & nullam habet fraudis præsumptionem.
- 18 Locationes bonorum Ecclesiæ ad longum tempus, sine Beneplacito Apostolico non sustentur, quamvis de consuetudine fierent inter Canonicos, vel Beneficiatos Ecclesiæ alienantis.
- 19 Bona relicta Ecclesiæ, vel loco pio auctoritate ordinaria fundato, alienari non possunt sine solemnitate, quamvis Testator auctoritatem dedisset alienandi.
- 20 Jura perpetua Ecclesiæ computantur inter bona immobilia.

Set-

- Servitutes passivæ imponi, nec acti-
væ alienari possunt super bonis, &
de bonis Ecclesiæ, ibid.*
- 21 Beneplacitum Apostolicum exigitur in repudiatione legati donationis, sive hereditatis Ecclesiæ relictiis.
 - 22 Beneplacitum Apostolicum exigitur in transactione jurium Ecclesiæ.
 - 23 Non tamen exigitur, si transigatur super jure, vel re incerta, & eventuali, vel incognita.
 - 24 Neque pro solvendis debitis ab Auctore Ecclesiæ contractis.

- Neque in retrovenditione ab Ecclesia facienda ex lege, & pacto contractus. ibid.*
- 25 Neque in re locari, solita & quæ dicatur talis.
 - 26 Neque super decimis, si transactio fiat inter Ecclesiasticos.
 - 27 Alienantes mobilia pretiosa Ecclesiæ incurrunt pœnas constitutionum Apostolicarum, & Sacræ Canonum.
 - 28 Regulares alienare non possunt terras, sine Decreto Episcopi.

Volendo li Priori (Deputati, Economi, Sindici) del Ven. Ospedale di S. N. di questa Città dare in affitto per tre anni..... si notifica col presente Editto à tutti quelli, che volessero applicare al detto affitto, che esibiscano le loro offerte in scritto, e figillate nel termine di giorni 15. in mano di N. perche spirato, che sarà detto termine, si apriranno le dette offerte in pubblica Congregazione, da tenerfi avanti li medesimi Priori, & officiali del detto Ospitale nel luogo solito, e fidelibererà l'affitto, a chi haverà fatto oblatione, & offerta più vantaggiosa per il luogo pio. Dato &c.

Loco ✠ Sigilli.

N. Secretario.

ADNOTATIONES.

PER TRE ANNI. Locationes rerum Ecclesiæ, & locorum piorum Ecclesiasticorum, licet regulariter absque solemnitatibus fieri nequeant ultra triennium ad præscriptam formam *Extravagantis Ambrosii de reb. Eccles. non alien. Rot. decis. 30. nu. 3. part. 1. Recent. & nisi res esset solita locari, Rot. cor. Arguel. dec. 118. n. 2. & seqq. Bich. decis. 347. nu. 17.* Hæc tamen regula non habet locum in locatione rerum parvi redditus, & modici valoris, pro quibus locatio tenet, & valida est, etiamsi fiat ultra triennium: Quia sicuti in alienatione terrularum Beneplacitum Apostolicum non exigitur, ita nec in locatione, sic tenent Ricc. dec. 163. per tot. p. 2. Quarant. in Summ. Bullar. verb. alienatio num. 18. vers. secundo declaratur.

2. Item limitatur secundò in illis Regionibus, in quibus consuetudine receptum est, quod locationes fiant ad novem-

Monacelli Form. Pars I

nium, prout est Mediolanum, teste Paf. de stat. hom. tom. 1. quest. 185. art. 7. num. 211. pag. mihi 260. & ipse testor qui locationem bonorum Abbatie Sanctissimæ Trinitatis Plebis Varesii Diœcesis Mediolan. olim à clar. mem. Card. Petruccio possessæ ad novennium (unà cum præcedenti Abbatis decessoris) stipulatam vidi, & præ manibus habui.

3. Tertio fallit in locatione commoditatis percipiendi fructus beneficii, quia tunc non dicitur locata res, & quod hujusmodi contractus teneat ultra triennium, non obstante *Extrav. Ambrosii*, firmat de communi Graff. consil. lib. 3. de reb. Eccles. non alien. consil. unico num. 21. & 22. Quarant. in Summ. Bullar. verb. alienatio num. 18. vers. Tertio declaratur, ubi dicit, quod obligatio locatoris facta dandi conductori, commoditatem percipiendi fructus ex bonis beneficii tanto tempore, sit cauthela, ut locatio, ultra triennium valeat; quia tunc non transfertur aliquod jus in re,

M sed

sed locator obligat se adione personali.

4. **COL PRESENTE EDITTO**. Ad vitandas collusiones, & fraudes, quæ sæpè committuntur in præjudicium locorum piorum, necnon ad utilitatem eorundem promovendam, curare debet Episcopus, quod locationes bonorum fiant semper prævia edictorum publicatione, ut omnis occasio doli tollatur, & ita contractus publicè, & palam celebrentur, remota quacumque occulta, & clandestina pactioe.

5. **LE LORO OFFERTE IN SCRITTO**. Quamvis affectus valeant Licitoris proclamatione ad extinctionem candelæ plus offerenti deliberari, & plerisque in locis ita fiat: Attamen candelæ accensio magis convenit alienationibus pignorum, & rerum venditionibus, quàm locationibus, in quibus magis cautè procedendum est, cum plura sint consideranda, & cum oblatores concordanda; & proinde dicitur hic in edicto, quod dentur oblationes in scriptis.

6. **OBLATIONE, ET OFFERTA PIV' VANTAGGIO-SA**. Non dicitur in edicto, quod affectus deliberabitur plus offerenti, sed ei, qui meliorem conditionem faciet, ex duplici ratione. Prima, quia utilitas loci pii in hujusmodi contractibus non defumitur ex sola majoris summæ oblatione, sed ex qualitate, & securitate oblatores, necnon à conditionibus, & capitulationibus respicientibus meliorationem, & præferentiam bonorum locatorum. Secunda, ne ille qui summam majorem obtulit (quamvis in reliquis, aliis Oblatoribus sit impar) prælationem in edicto promissam offerenti, sibi deberi contendat.

7. Et si hic opportunè interrogas, an locatione, seu alienatione rerum Ecclesiæ sit admittenda nova oblatio post lapsum termini, & aperitionem oblationum, seu extinctionem candelæ, aut post expeditionem beneplaciti Apostolici, respondeo, quod in nova oblatione ultra sextam alii affirmant, alii negant, quos refert Ros. de Executar. litt. Apostolic. part. 1. cap. 4. num. 328. qui negativam amplectitur ex eo, quod cum Ecclesia sit cultrix justitiæ, & mandet quotidie, ut res iusto

pretio vendantur, non debeat esse avida, & cupida oblationes augendi, quoties primæ sint cum honesta utilitate, & sine ulla læsione.

8. Hanc partem negativam videtur sequutam fuisse Sac. Congregat. Episcop. & Regular. in una Civitatis Castellane 27. Febr. 1693. in qua cum Officiales Hospitalis S. Jo: Caprarolæ Sylvam cæduam ad extinctionem candelæ cuidam Scaramellæ deliberassent, & Episcopus deliberationem tanquam nullam, tum ex defectu suæ licentiæ à Constitutionibus Synodalibus requisitæ, tum ex capite læsionis (non tamen probatæ) impugnaret, novamque oblationem in scut. 50. illam Scaramellæ superantem, se in manibus habere certioraret, adhuc parte, & Episcopo informantibus, ad relationem clar. mem. Card. Petrucci fuit resolutum sub dicta die -- *Contractum favore Scaramellæ sustineri.*

9. Et magis sequenda videtur hæc sententia quoties contractus reperitur jam perfectus, nam tunc cum non sit amplius locus pœnitentiæ, nova oblatio non debet admitti, ut probant relati à Corrad. in prax. dispens. libr. 9. cap. 6. sub num. 40. Ricc. prax. For. Eccles. part. 1. resolut. 57. & ita tenendum censuit Sac. Congregat. Concilii in Neapol. Beneplaciti 28. Septembr. 1697. & in Florentina Emphyteusis 21. Julii 1698. in quibus post expeditum Beneplacitum cum solita clausula -- *Si in evidentem*, pro concessione, & alienatione favore primi Oblatores; novæ oblationes quantumvis majores, & favorabiliores Ecclesiæ non fuerunt admittæ: sed prælationem Oblatori, cum quo contractus jam fuerat initus (licet res adhuc non fuisset tradita) absque ullo augmento deberi declaratum fuit, quod est contra Card. de Luc. de Regal. disc. 81. nu. 24. ubi tenet, quod major oblatio favore Ecclesiæ admitti debeat, etiam post perfectionem contractus, quoties res non sit tradita, & favore locorum piorum dari privilegium additionis in diem.

10. Huic igitur negativæ sententiæ tanquam magis æquæ inhærendo teneas, quod in alienationibus, & contractibus, in quibus beneplacitum Apostolicum non

non exigitur, prout est in locationibus ad triennium, tunc alienatio, sive contractus dicitur perfectus, quoties cum Officialibus, & administris loci pii, & Ecclesiæ reperitur conclusus, quamvis licentia, & beneplacitum Episcopi non intercesserit: Quia cum hi habeant loci pii liberam bonorum administrationem, ut pluries *Sacr. Congr. Episc. & Regul.* declaravit teste Pignatelli. *consult. 71. n. 5. tom. 6. & consult. 15 n. 32. tom. 7.* sequitur quod possint, prout juris est, remota fraude, & collusione licite, & valide contrahere absque licentia Episcopi, ut tradunt Januen. *prax. c. 73. n. 3. Nicol. lucubr. Civil. lib. 2. tit. 1. n. 21. vers. Ad expendendum pag. mibi 113.*

11. Nec contractum huiusmodi valet infringere constitutio Synodalis, qua prohibeatur fieri sine licentia, quia cum Episcopus contra jus (quod tales contractus approbat) non valeat statuere, ut ponderatum fuit in *dict. Civitatis Castellane 27. Februarii 1693.* inde oritur, quod standum sit contractui cum officialibus in prohibitionem Synodali non obstante, prout iterum censuit eadem *Sac. Congreg. in Tridentina 11. Decemb. ejusdem anni 1693.* in qua cum Episcopus nullitatem affectus gregis pecudum, quem ad triennium concesserant Priores Societatis Sanctissimi Sacramenti loci vulgò *di Rionero* cuidam Ferranti, prætenderet tum ex defectu suæ licentiæ à Constitutionibus Synodalibus requisitæ, tum etiam ex capite læsionis (non tamen probatæ) parte, & Episcopo informantibus, referente eodem clar. mem. Card. Petruccio prodiit rescriptum -- *Exceptiones deductas contra locationem non sustineri.*

12. Hæc tamen theoretica vera est, quoties contractus per Officiales fiant publice, & palam, bona fide, & juxta solitum cum utilitate Ecclesiarum absque dolo, & machinatione, qui sunt termini prædictarum resolutionum Civitatis Castellane, & Tridentinæ: vel etiam quando Episcopus requisitus pro licentiæ absque justa causa illam denegasset, ut respondit eadem *Sacr. Congr. in Bonon. 4. Martii 1694.* referente eod. Cardinali, in qua cum Moniales Monasterii Conceptionis licentiam investendi summ. scutor. 3. mil. obtinere non po-

tuisent ab Archiepiscopo, & recursum ad *Sacr. Congr.* habuissent pro illa obtinenda, responsum fuit -- *Utantur jure suo.* Quia regulare est, quod superfluum est, precibus postulare, & impetrare, quod jam lege permissum est, *l. unica ante med. Cod. de Thesaur. lib. 10. Glos. in c. 1. verb. ut liberè de rescript. Fagnan. in cap. Sicut te num. 55. ne Cleric. vel Monac.*

13. Cæterum si contractus, & alienationes per officiales fierent absque Ordinarium licentiæ à Constitutionibus Synodalibus (quæ essent in viridi observantia) requisita, ad hoc, ut liberius contrahentes, sibi invicem colluderent in damnum, & sine utilitate Ecclesiæ, vel loci pii: Tunc ratione præsumptæ fraudis (ad quam vitandam providè per Episcopos locationes, & distractiones sine licentia fieri prohibentur) contractus rescindi, & officiales ab officio amoveri, aut multa puniri possent.

14. Præterea notandum, quod alienationes, & venditiones, quæ fiunt per proclamationes publicis officialis, vulgò *all' Incanto*, non debent fieri die Dominico, quia cum ad id nulla urgeat necessitas, neque pietas suadeat, dicitur opus illicitum in die festo: Nisi huiusmodi actiones contingant in Pagis, aliisve parvis locis, in quibus cum difficulter expleri possint diebus Ferialibus, ob carentiam oblatores, Episcopus, cujus judicium, & beneplacitum in hac re est requirendum, permittere poterit, quod fiant etiam die Dominico, Nicol. *lucubr. Can. lib. 2. tit. 9. de Feriis post n. 5. vers. item incantatio*, ubi refert Decretum *Sac. Congr. Episc. in Nicoteren.* & sequendo Votum D. mei olim Cardinalis Petrucci, traditum pro approbatione statutorum Montis de novo erecti in Terra Caprarolæ, admisit *Sac. Congr. Concil. de mense Maii 1700.*

15. Secundò notandum, quòd, si bona Ecclesiæ, vel alterius loci pii fuerint alienata, & distracta, non servata forma Beneplaciti Apostolici, adeo ut sit locus rescissioni contractus, melioramenta per Emptorem super bonis nulliter alienatis facta non veniunt rescicienda, juxta sententiam Fulgin. *de Emphyt. tit. de contract. qu. 22. n. 4. Rot. coram Cels. dec. 387.*

16 Hanc tamen sententiam de juris rigore veram, noluit sequi *Sac. Cong. Episc. in una Biteden. 5. Martii 1693.* in qua referente clar. meni. Card. Petruc. rescripsit *Gratiam, si in evidentem, regulandam esse secundum statum antiquum venditionis: Quia fuit ponderatum, quod secundum æquitatem Canonum, Ecclesia, quæ est pia, & cultrix iustitiæ, non debet locupletari cum aliena iactura, & quod proinde melioramenta, quæ augent valorem bonorum alienatorum, deberent refici.*

17 Tertio, quod alienatio, seu investitura bonorum Ecclesiæ, facta consanguineis Rectoris alienantis, licet habeat contra se præsumptionem fraudis, *cap. Si Economistus §. Nam hæc qu. 2.* Nihilominus quando consanguinei sunt bonæ conditionis, & contractus, sive confessio fiat palam, bona fide, servatis solemnitatibus, & cum utilitate Ecclesiæ, tunc cessat omnis suspicio fraudis, & alienatio valet, ac si cuius extraneo facta fuisset, *Fulgin. de Emphyt. tit. de contract. quest. 4. num. 1. & 4. Rot. decis. 356. coram Greg. & coram Millin. decis. 119. Sac. Cong. Episc. in Maceraten. 5. Martii 1693. referente eodem Card. Petruccio.*

18 Quarto, quod locationes, sive concessionibus ad longum tempus bonorum Ecclesiæ, sive Capituli, quamvis fiant inter Canonicos ad vitam sine Beneplacito Apostolico, nullæ sunt, & rescindendæ non obstante contraria consuetudine, quæ corruptela dicitur, ut censuit *Sac. Cong. Conc. in Asten. 26. Junii 1688. confirmata 24. Januarii 1699. & in Tarent. 5. Martii 1701. Sac. Congr. Episcop. in Biteden. referente Eminentiss. Cardinal. Acciajolo 20. Decembr. 1697. contra Card. de Luca de alienat. disc. 53.*

19 Quinto, quod bona Ecclesiæ, aliorumque locorum piorum auctoritate Episcopi erectorum, non possunt sine solemnitatibus alienari, quamvis Testator, qui illa reliquit, licentiam dedisset alienandi *cap. tua nos, ubi Glos. verb. interdicti de Testam. Quarant. in Sum. Bullar. verb. alienatio n. 31. Barbol. de Offic. & Potest. Episc. alleg. 95. num. 70. Corrad. prax. dispens. lib. 9. c. 7. n. 15. vers. Advertendum, Dian. part. 10. tract. 16. resol. 51. vers. sed obiter,*

& resol. 85. & est contra M. Anton. Maceraten. lib. 1. resol. 99. & resol. 112. cas. 44. quem declarat Capon. discept. Forens. cap. 111. n. 9. & seqq. & contra Card. de Luc. disc. 1. de alienat. n. 128.

20 Sexto, quod iura perpetua Ecclesiæ computantur inter bona immobilia, quæ sine solemnitatibus alienari non possunt, *Piassec. prax. Episc. par. 2. c. 5. tit. de bon. mens. Episcop. art. ult. n. 9. pag. mibi 452. Passerin. in c. Quia ex eo n. 12. de pact. in sexto. Et hinc inferitur, quod servitus passiva imponi, nec activa alienari potest sine beneplacito, Quarant. in Sum. Bullar. verb. alienatio n. 21. Corrad. prax. dispens. lib. 9. c. 4. n. 15. Sac. Congr. Concil. in Albanen. 21. Junii 1698. in qua agebatur de impositione servitutis immittendi tigna, & appodiandi super muros Conventus PP. Minorum Conventualium.*

21 Septimo, quod Beneplacitum Apostolicum exigitur etiam in repudiatione legati, donationis, sive hæreditatis, Ecclesiis, locisve piis relictis, & elargitis, quia legis Ministerio absque acceptatione, & aditione dicitur in eis dominium rerum relictarum translaturum, *Barbol. de Offic. & Potest. Episcop. allegat. 94. num. 54. Tondut. quest. benef. tom. 2. part. 3. c. 137. n. 5. 9. & 10. Donat. prax. rer. Regular. tom. 1. part. 2. tract. 14. de reb. Monast. non alien. quest. 59. per tot. Rol. de Execut. litt. Apostol. par. 1. cap. 4. num. 299. Rot. cor. Cels. decis. 85. num. 8.*

22 Octavo, quod beneplacitum Apostolicum exigitur etiam in transactione, qua ceduntur iura super bonis prætenfis ab Ecclesia, quamvis illa non possideat, sed aliquid aliud loco bonorum recipiat, *Rot. coram Coccin. dec. 301. num. 1. Adden. ad Buratt. dec. 690. num. 18. in fin. Adden. ad Gregor. decis. 418. num. 17. Quod est contra sententiam aliquorum DD. quos referunt, & sequuntur Nicol. lucubr. Civil. lib. 2. tit. 1. de rer. divis. §. sacræ num. 24. limit. 5. & Card. de Luc. de alienat. disc. 1. numer. 122. putantium, transactionem, sive concordiam de rebus ad Ecclesiam aliquo modo spectantibus, eidem tamen adhuc non incorporatis, neque ab eadem possessis, fieri posse absque beneplacito, si renunciaret, aut dimittat pro ali-*

alicujus rei certæ acquisitione, quorum opinionem reprobavit *Sac. Cong. Concil. in Aſculana Beneplaciti* 14. Febr. 1699.

23. Non tamen exigeretur Beneplacitum, si transactio fieret super jure, vel re eventuali, & incerta, quam de futuro Ecclesia speret habere, *Nicol. loc. cit. num. 26. Dian. part. 4. tract. 4. Miscellan. resol. 223. Vel ageretur de re incognita, Gavant. Manual. Episcop. verb. alienatio rerum Ecclesie num. 42.*

24. Nonò, quòd Beneplacitum Apostolicum non est necessarium in alienatione rei Ecclesie pro solvendis debitis ab Auctore Ecclesie contractis, *Rot. in America Bonorum 2. Junii 1645. coram Royas, quam refert Panimol. decis. 6. adnotat. 3. Pignatell. consult. 95. num. 36. 37. & 38. tom. 9. ubi num. 40. regulam ampliat in retrovenditione ab Ecclesia facienda ex lege contractus. Quam ampliacionem licet Corrad. prax. dispens. lib. 9. cap. 9. num. 15. vers. Sanè non admittat, tenens, quòd in retrovenditione requiratur Beneplacitum Apostolicum; tamen opinio Pignatelli in hoc verior videtur, & sequenda, quia cum retrovenditio sit contractus necessarius, sicuti est solutio debiti Auctoris, Ecclesia tenetur illum exequi, cum dominium dicatur in eam translatum conditionaliter, & revocabiliter ex partium conventionione, & proindè cum pacta sint servanda, Beneplacitum non est necessarium.*

25. Decimò, quòd alienatio, seu concessio rei Ecclesie, facta sine solemnitatibus, ex quo fit solita locari, vel alienari, adhoc, ut valida sit, requiritur quòd vel præceserit una solemnitas locatio, seu concessio, vel quòd ea deficiente concurrant saltem duæ aliæ præcedentes alienationes sine solemnitatibus cum cursu quadraginta annorum, juxta vulgatam *decis. Seraphin. 434. & decis. 1451. Panimol. decis. 132. num. 17.*

26. Undecimò, quòd aliquando transactio, seu compositio super Decimis fieri potest inter personas Ecclesiasticas sine Beneplacito Apostolico, & ligat Successores, ex traditis à *Fagnan. in cap. Cum contingat num. 19. de decim. & quòd transactio licita sit absque Beneplacito Apostolico inter Clericos, videlicèt, ut minùs*

Monacelli Form. Pars I.

solvatur, vel ut de aliqua re Decima non solvatur ex solo consensu Episcopi, tenet *Passerin. de Decim. quæst. unica artic. 12. num. 249. post titulum de Sepultur. in sexto.*

27. Duodecimò, quòd non solum Regulares, verùm etiam alii Rectores alienantes mobilia pretiosa Ecclesie incurunt pœnas Constitutionum Apostolicarum, & Sac. Canonum, si hoc faciant sine Beneplacito Apostolico, non obstante bona fide, seu permissione Capituli Generalis ordinis, vel Ecclesie, prout declaravit *Sac. Congreg. Concil. in Seginen. 16. Martii 1692.*

28. Quòd ampliatur in alienatione Terrularum, quæ fit vigore *cap. Terrulas*, quam facere non valent Regulares, absque licentia, & Decreto Ordinarii, ut declaravit *Sac. Congreg. Episcop. in Tropien. alienationis 11. Januar. 1692.*

Edicti Citatorialis contra eos, qui tempore Paschatis non sumperunt Sacram Communionem.

FORMULA XVI.

SUMMARIUM.

- 1 Pœna interdicti ab ingressu Ecclesie est mitior excommunicatione.
- 2 Episcopus contra contumaces in adimplendo præceptum Paschale potest pœnam interdicti augere, & excommunicationem infligere.
- 3 Edictum Citatoriale contra non adimplentes præceptum Paschale, debet iter renovari, & datur formula, & num. 4.
- 5 Qui præceptum Paschale non adimplevit, si decedat ante publicationem interdicti, non privatur sepultura Ecclesiastica, nisi intermissio esset notoria, vel adesset Constitutio Synodalis in contrarium.

D'Ordine di Monsignor Illustrissimo, e Reverendissimo N. Vescovo N. col presente Editto Citatoriole s'intima a tutti quelli, che nell'anno presente hanno trascurato d'adempire il precetto Ecclesiastico della Communionne Paschale, come continuando essi nella loro empia contumacia, nel terzo giorno della prossima festa di Pentecoste, si dichiareranno pubblicamente, e nominatamente incorsi nell'interdetto dall'ingresso della Chiesa, e privi della sepoltura Ecclesiastica in caso di morte, & anche nella scomunica se così parerà espediente à Sua Signoria Illustrissima, dichiarando, che la presente citatione per Editto affissa alla Porta di questa Chiesa Cattedrale, habbia a produrre lo stesso effetto, come se fosse stata a ciascheduno personalmente intimata, e vaglia per la prima monitione. Dato &c.

N. Vicario Generale.

Luogo ☩ del Sigillo.

N. Cancelliere Episcopale.

ADNOTATIONES.

1. **SE COSI PARERA' ESPE-
DIENTE.** Contumaces in adimplendo præceptum Paschale non incurunt excommunicationem, ut erronea credulitate ducti multi opinantur: nam *cap. omnis utriusque sexus de poenit. & remiss. & ibi gloss.* nullam mentionem faciunt, neque comminantur hanc poenam, sed tantum de interdicto ab ingressu Ecclesie, & privatione Ecclesiasticæ sepulturæ sermo habetur: hæc enim mitior est poena, cum à Divinis solummodo separet, illa autem etiam quæ Divina non sunt adimat, ut docet *Sayr. de censur. lib. 6. cap. 1. num. 8.*
2. Verum quia Episcopus poenas à jure constitutas ex causa potest, vel augere, vel minuire, ut juxta criminum qualitatem, & mensuram sit plagarum modus, *c. ult. de transact. & cap. sicut dignum de homic.* idè poterit contra hos contumaces (si ita perspecta conditione, vita, & moribus personarum sibi expedire videatur) ad excommunicationem procedere, ut in subiecta materia declaravit *Sacr. Congr. Concilii apud Fagnan. in d. cap. omnis num. 46.* ac etiam pro satisfactione poenas pecuniarias injungere, locis piis applicandas.
3. **PER LA PRIMA MONI-
TIONE.** Hoc Citatoriole Edictum, antequam fulminetur interdictum, debet renovari, & publicari; & regulariter fit prima vice in die Ascensionis Domi-

ni, secunda vice die Dominico infra octavam, & tertia vice die Dominico Pentecostes: licet Episcopus possit post octavam Pasche alio festivo die anticipare publicationem. Die autem tertio Pentecostes, aut alio tempore post tertiam monitionem, publicatur Interdictum sequenti formula.

D'Ordine dell' Illustrissimo, e Reverendissimo Monsge. N. Vescovo N. si dichiarano interdetti dall' ingresso della Chiesa, e privi della sepoltura Ecclesiastica in evento di morte senza evidenti segni di penitenza gli infrascritti per non essersi Confessati, e Comunicati nella Pasqua di Resurrettione di Nostro Signore prossima passata, come comanda la S. Madre Chiesa, cioè.

N. N.

N. N.

N. N.

4. Si verò Episcopus ob aliquam rationabilem causam, & motivum vult poenam juris augere, & contumaces gladio excommunicationis ferire, tunc interdicti Decretum poterit extendi modo sequenti.

D'Ordine dell' Illustrissimo, e Reverendissimo Monsignor N. Vescovo N. si dichiarano per giuste cause scomunicati, e separati dal consortio de fedeli, e privi della partecipazione attiva, e passiva di tutti i Santi Sagramenti, e delle cose Sagre, e Div'ne, interdetti dall' ingresso della Chiesa, e privi della sepoltura Ecclesiastica in caso di morte, gli infrascritti, per non essersi

Con-

Confessati, e Communicati nella Pasqua di Resurrezione prossima passata, come comanda la S. Madre Chiesa, cioè.

N. N.
N. N.

5. Hic monitum te volo, quod qui preceptum Paschale non implevit, si decederet antequam per Edictum declaretur incurfus in poenam interdicti, sepeliendus esset in loco sacro, quia non est interdictus, donec declaretur, ita respondit Sac. Congreg. Episcop. Vicario Generali Cajetano 14. Junii 1595. nisi intermissio esset notoria, cap. ex parte de sepult. cap. à nobis il 2. de Sent. excommunic. vel adesset statutum Synodale in contrarium, Sac. Congr. Episcop. in Baren. 15. Decembr. 1696.

Edicti suspensionis facultatis audiendi Confessiones.

FORMULA XVII.

SUMMARIUM.

- 1 Scientia publicationis Edicti praesumitur.
- 2 Regulares semel examinati, & approbati, non possunt demum ab eodem Episcopo sine causa ad examen vocari.

- 3 Parochi ab Episcopo antecessore approbati possunt ab Episcopo successore iterum ad examen vocari, si de illorum imperitia aliqua conjectura resurgat.
- 4 Episcoporum Edicta exspirant ipsis defunctis.
- 5 Poena exilii Episcopi expirat per ejus mortem.
- 6 Episcopus pro observantia Decretorum Concilii potest in subsidium poenam excommunicationis instigare.
- 7 Potest prohibere laici sonum Campanarum Ecclesie, quamvis sint Patroni.
- 8 Enunciative Episcoporum antiquae mutuum ponderant.
- 9 Non autem si sint recentes, & ex actis fomentum non recipiant.
- 10 Assertioni Episcopi Ecclesiam esse exemptam, vel nullius non creditur, neque successoribus praedjudicat.
- 11 Episcopus pro publica utilitate debet prohibere Clericis ea, quae per Edictum prohibentur à Magistratibus laicis.
- 12 Episcopus pro reformatione morum potest poenas Sac. Canonum augere.
- 13 Non potest expensas exigere à Delinquentibus pro transmissione Commissarii, & fabricatione Processuum.
- 14 Neque cibaria, & vecturas Equorum.
- 15 Cibaria, & vecturae Equorum quando exigi possunt.

Con il presente nostro publico Editto facciamo intendere à tutti li Confessori di questa Città, e Diocesi di N. tanto Secolari, quanto Regolari, eccettua ti il Penitentiere della Catedrale, e li Parochi, che al presente confessano con facoltà loro data dal nostro Antecessore, ò dal Vicario Capitolare in tempo di Sede vacante in scritto, ò in voce, ò altro qualunque modo, che debbano nel termine di giorni dal giorno della publicatione del presente, presentarsi all'esame avanti di Noi in affinché approvati che saranno gli si possano da Noi spedire le Patenti. L'esame si terrà nel Palazzo Vescovale di il Lunedì, Martedì, e Mercoledì della settimana del corrente mese dalle hore sino alle Altrimente detto termine spirato, s'intenda anche spirata à ciascheduno d'essi la facoltà di poter più confessare in avvenire. Dato, &c.

N. Vescovo N. (o Vicario Generale &c.)

Luogo ✠ del Sigillo.

N. Cancelliere Vescovale.

M 4 AD-

ADNOTATIONES.

1. **FACCIAMO INTENDERE.** Scientia publicationis Edicti inter Cives præsumitur, nec potest de eo allegari ignorantia, Sabell. in Sum. divers. tract. verb. scientia, nu. 8. Rot. coram Cerr. decis. 132. n. 6. & seq.
2. **QUANTO REGOLARI.** Regulares semel examinati, & approbati ad audiendas confessiones sæcularium, non possunt denud absque causa ab eodem Episcopo ad examen adstringi, secus si ab Antecessore fuerint, approbati, Sac. Congr. in Veneta Martii 1597. vel si approbati fuissent absque examine, eadem Sac. Congr. in Vercellen. 31. Julii 1615. & latius in Constit. X. Superna, & dixi in tit. de for. pœnit. ad qua recurte.
3. **E LI PAROCHI.** Licet hinc Parochi exceptuati remaneant; nihilominus, ut jam probavi in Adnot. ad Formul. XV. in tit. de Paroch. si agatur de Parochis ab Antecessore approbatis, possunt etiam hi ad examen vocari: sed quia isti habent pro se præsumptionem juris, & de jure, quod sint idonei, ideo non facile sunt molestandi, nisi aliqua illorum imperitiæ conjectura resurgat.
4. Parergon Nota, quod Episcoporum Edicta cessant, & expirant ipsis defunctis, vel extincto eorum officio, sicut Edicta Prætorum, Ciarlin. controv. lib. 1. cap. 61. n. 14. cum aliis apud Collectorem modernum Hispanum Romagner. ad Synod. Gerund. lib. 1. tit. 1. cap. 1. n. 30. & 31.
5. Inmò, quod pœna exilii per eos imposita expiret per eorum mortem, adeo ut exiliati valeant tutè ad propria redire etiam Clerici, ut dicit Episcopus Spirell. decis. 14. num. 23.
6. Possunt in Edicti pro observantia Decretorum Concilii Trid. pœnam excommunicationis comminare, & infligere, quoties pecuniaria exigi non potest, & sic in subsidium, ut declaravit Sac. Congr. Concilii 28. Januar. 1690. ad secundum.
7. Possunt item prohibere laicis sonum Campanarum Ecclesiarum, non obstante, quod adfit consuetudo pulsandi, & laici sint fundatores Ecclesiæ, Sac. Congr. Rituum in Conversanen. 7. Aprilis 1696. in

qua Causa fuerunt denegatæ Compulsoriales pro probanda prætensa consuetudine pulsandi, quia probata non relevabat: Cum extractio, & fundatio Ecclesiæ non tribuat Patronis, & Collatoribus proprietatis dominium, sed servitii duntaxat imponat sollicitudinem, & defensionem, c. ple. mentis 16. q. 7.

8. Enunciativis Edictorum Episcopi, seu Visitationis, aut Sententiæ, præsertim si sint antiquæ ad probandam qualitatem rei, & statum Ecclesiarum, & Beneficiorum multum defertur, Rot. coram Paphil. decis. 269. nu. 2. ad 8. Add. ad eund. dec. 91. n. 15. Add. ad Buratt. dec. 111. n. 15. Cerr. dec. 808. n. 5.

9. Verùm si enunciativæ essent recentes non præjudicarent, etiam si Episcopus assereret Beneficium B. esse juris patronatus vel in tali provisione consensam Patronorum intervenisse, Garz. de benef. par. 12. cap. 2. nu. 213. Rot. coram Ninot. dec. 39. n. 17. & 18. nisi ex actis Episcopi assertio fomentum reciperet, Rot. coram Coccin. dec. 1784. num. 41.

10. Neque sibi, nec successoribus præjudicat Episcopus, si in Edicto, vel Visitationibus, aut aliis actibus asserat, aliquem locum sive Ecclesiam esse exemptam, aut nullius Diœcesis, nisi aliunde appareat assertionem esse veram, juxta firmata coram Duno. Jun. dec. 536. n. 9. & alios allegat Pignatell. consult. 26. n. 24. to. 2.

11. Item notandum, quod cum Edicta, sive Bandimenta Magistratus, & Gubernatorum laicorum nunquam comprehendant Ecclesiasticos, si sint necessaria pro communi, & publica utilitate: poterit, & debet Episcopus suo Edicto circa ea, quæ prohibentur, vel mandantur laicis, etiam quoad Clericos providere, Sac. Congr. Immunit. in Sutrina 13. Augusti 1629. lib. 2. Decr. Paul. fol. 2. à ter. in Foroliv. 31. Martii 1639. & 14. Decemb. 1655. lib. 5. Decr. fol. 81.

12. Secundò, quod Episcopi pro reformatione morum possunt in Edictis pœnam Canonum ampliare, & augere, cap. ultim. de transact. cap. sicut dignum de homic. cap. innotuit de eo qui furt. ordin. suscep. Abb. in cap. licet n. 2. circa fin. de offic. Jud. Ordin. Ricc. prax. For. Eccles. par. 2. resol. 206. n. 1. Conciol. resolut. v. pœna resolut. 13. non tamen

men penam excommunicationis latae sententiae contra Clericos Negotiatores infligere, *Sac. Congreg. Concilii in Conversanen. Editi* 16. Maii 1699.

13. Tertiò, quod nec Episcopi, nec alii Ordinarii inferiores Ecclesiasticis in causis ad ordinariam jurisdictionem spectantibus, possunt contra transgressores edictorum, aliosque reos, viatica sive alias expensas exigere pro transmissione Commissariorum, & fabricatione processuum, ut saepe declaravit *Sac. Congreg. Episc. cujus Decreta refert Nicol. in flosc. verb. Ordinarius n. 3.* quae prohibitio desumitur à jure communi per *Text. in cap. cum ab homine junct. aglos. de vic. & honest. Cleric. & ex c. statut. §. in super in fin. de rescript. in 6.* quam laudant *Zacch. de salar. q. 65. num. 3. R. P. D. Zaul. observ. ad stat. Favent. tom. 1. rub. 7. lib. 1. num. 39.*

14. Et licet D. Raynald. in suis observ. criminal. tom. 3. cap. 32. §. 4. & 5. num. 303. & tom. 4. supplem. ad d. cap. 32. supplem. 4. à n. 1. ad 30. conetur ostendere, & probare, quod prohibitio hujusmodi sit vera, & servari debeat quoad exactionem viaticorum, non autem quoad expensas cibarias, & vecturas equorum, quae à delinquentibus exigì posse tenet: Nihilominus puto, teneoque, quod conclusio mox supra firmata vera sit indistinctè quoad omnes expensas: Tum quia actus debet fieri expensis illius, qui petit illum fieri, aut fieri jussit, ut dicunt *Surd. de alim. tit. 1. quæst. 63. num. 3. Zacch. de salar. quæst. 17. n. 26. & 27.* qui loquuntur in specie de Notario misso ad examinandos Testes: Tum quia Ordinarius habet redditus Episcopatus, & Beneficii, ut onera officii sustineat, & jus reddat in toto suo Territorio, seu Diocesis suis expensis, *Conciol. resol. crim. verb. Episcopus resol. 3. Passerin. in d. c. statum. §. si quid autem q.*

5. art. 2. n. 369. in 6. qui n. 373. ita concludit -- sic ergo dicendum est, quod tam Ordinario, quam Delegato Ecclesiastico, proficiscenti intra limites Diocesis, non debentur expensae à partibus, sed eas tenetur facere Ordinarius.

15. Donec igitur non fuerit legitimatus Processus, & Accusatus non appareat Malefactor, expensae quaecumque sint, vel debent solvi ab actore, seu accusatore, si est solvendo, vel à fisco, animo illas recuperandi à reo, postquam fuerit repertus culpabilis, & declaratus reus criminis, juxta punctualem doctrinam *Zacch. de salar. q. 4. num. 19. & Decretum Sac. Congr. Episcop. emanatum in Rossanen. 15. Febr. 1583.* cujus tenor est -- *Il reo non deve dar le spese al Commissario, che esamina contro di esso, ma ciò sia obligato fare l'Attore nel principio, da rifarsegli poi dal reo, se sarà trovato colpevole.*

16. Vel demum exactio cibariorum, & vecturae equorum ad summum toleranda esset juxta sententiam D. Raynaldi, quando concurrerent sequentes circumstantiae. Primò si adesset in Diocesi consuetudo inveterata. Secundò si Episcopus esset pauper. Tertiò si ageretur de delictis gravibus, saltem merentibus penam triremium. Quartò si locus delicti esset procul à residentia per sex, vel septem milliaria. Quintò si ex processu informativo semiplena probatio delicti resularet. Sextò si tantum expensae cibariae, & vecturae equorum moderatè exigenterentur. Quae requisita cum in sua Diocesi concurrere Episcopus Spoletanus Sac. Congregationi Episcop. pro obtinenda tolerantia exactionis occasione cujusdam recursum exposuisset, causa bis proposita nempe 27. Junii 1698. & 26. Junii 1699. responsum fuit -- *providebitur in casibus particularibus.*